







1690.

- 12^{no 6} = Schoepfferus, Johannes Tractatus: De foro studiorum
+ delinquentis.
13. Schoepfferus, Johannes Tractatus: De moderna ludorum
justitia.
- 14^{no 6} = Schultz, Petrus: De omissis in sententia 2. Sempl.
1690 = 1695.
15. Schütze, Petrus: De comparatione personarum in
judicio.
16. Sonnemannus, Antonius David: De jure potiori.
17. Strykius, Samuel: De mandato delinquendi.
18. Strykius, Samuel: De jure putativo.
- 19^{no 6} = Strykius, Samuel: De jure suggestionis 2. Sempl.
1690 = 1724.
- 20^{no 6} = Strykius, Samuel: De victo vincente

213 + 6 c

²
Styrius, Samuel: De immunitate a servitiis
feudalibus. 3 Seraph. 1690 - 1704.

22. Vitor, Franciscus: De astrologismo.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

DISPUTATIO JURIDICA

IN

ARTICULO DE
ARTICULO II,

Magistrum Jurium Ordine
D. THEODORI ACADEMIA VIADRINA

JOHANNES JOACHIMUS
SCHOEFFERO,

1890



210-10

Stylos, Samuel: De immunitate a ...
fundatione. 3. Sept. 1690 - 1704.

22. Vetus, Franciscus: De ...



Q. D. B. V. 1690, 22

17

Dissertatio Medica Inauguralis
DE
ASTROBOLISMO,

Quam

CONSENSU

Gratiosissimæ Facultatis Medicæ

In Illustri Hac Electorali Viadrina,

PRÆSIDE

DN. IRENÆO VEHR,

Medicinæ Doctore Ejusq̄ve Professore Primario

Longè Celeberrimo, Archiatro Electorali Brandenb:

Splendidissimo, Facultatis Sux Seniore Gravissimo,

ac h. t. Decano Spectabili,

Dn. Patrono, Promotore ac Hospite Suo, Omni Honoris

ac Observantia Cultu æternum devenerando,

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES,

INSIGNIA AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

More legitimò obtinendi,

Solenni Sympliciatrorum ac Eruditorum Examine

subjicit

ACHATIUS MÜLLERUS, Stendal. Palæo-M.

Ad Diem XXXI Octobr. Ann M DC XC.

Francofurti ad Viadrum, Literis excudebat Joh. Cœpfelius, Ac. T.



PER-ILLUSTRI ATQVE GENEROSIS-
SIMO DOMINO,

DN. EBERHARDO

DE **DANCKELMANN,**

SERENISSIMI ATQVE POTENTISSIMI

*ELECTORIS BRANDEN-
BURGICI*

MINISTRO STATUS INTIMO,
RERUM BELLICARUM ATQVE FEUDALIUM
CONSILIARIO EMINEN-
TISSIMO.

Domino in Ungling / Schönebeck / Brieske /
Dücker / &c.

DOMINO AC MÆCENATI SUO
BENIGNISSIMO,

Inauguralem hanc Disputatio-
nem suam

D. D.

Achatius Müller, Stendal. Palæo-March.



PRÆFATIO.

Admiranda quidem Ignis cujuscunq̄, etiam
Culinaris, quem vulgò vocant, & Technici si-
ve artificialis, Natura & conditio; amplissimus
pariter, ejusdem tum in Mundò universò, tum in Vitâ si-
gillatim Humanâ, usus; nec minùs stupenda in Hominum
simul atq̄, aliarum Creaturarum perniciem, quam tristis
Protoplastarum Lapsus, & cumulata indies Mortalium pec-
cata post se trahunt, efficacia est: Quibus adeoq̄, ad animus
revocatis, uti jam olim Nemrodus Ignem pro DEO colere
Assyriorum gentem docuit; à quo cultu credibile est antiquis-
simam Babylonia urbem, UR in sacris, aliàs URIE & UROE
nec non CAMARINA vocatam, nomen accepisse: Ita Per-
sarum populus eundem pro Numine habuit, ac primùm qui-
dem tanquam DEI symbolum veneratus est, deinde velut
ipsi DEO sacra fecit; quæ Cappadoces postea & Phryges, &
aliarum Terrarum Incola emulati sunt: prouti inter plures
pluribus ostendit Gerh. Joh. Vossius de Orig. & Progr. Ido-
lolat. l. 2. c. 66. & 67. Romanorum autem Leges, pensitatis
potissimùm bujus, quod dici consuevit, Elementi beneficiis,
in Hominem redundantibus (quæ brevi sed non inelegantè
Prosopopœiâ à Joh. Sperlingio Inst. Physic. l. 4. c. 5. Explicat:
ad Præcept. in gen. p. m. 620. explicata sunt) Igne non minùs
atq̄, Aquâ interdicerere capitali supplicio dignis, atq̄, hâc ra-
A tione

zione (verba sunt Joh. Jac. Waldschmieds, Exerc. Physic. de Igne, Marb. edit. anno 1688. §. 1.) interdictio earum rerum usu, sine quibus ortum habere corpora non possunt, ac proinde vita constare nequit, eum in quem sententia illa lata fuerat, perinde ac si morte mulctatus esset, habere sustinuerunt. At verò Cœlestium illorum Ignium, qui in obtutus sese sensusq; alios dant nobis, quoties fulminat & fulgurat, Origo simul & indoles admiratione inprimis dignissima; nec verò exiguus eorundem in Geocosmo fructus: At tamen & virtus in Vindictam humanorum scelerum, Hominumq; adeò &, propter homines, in plurimorum eorumq; præstantissimorum Nature pariter atq; Artis Operum, lesionem, stragem, ruinam, planè & formidanda & deploranda deprehenditur. Mitto alia, quæ in hanc rem copiosissimè dicenda sese offerunt: Tantùm declarandi, quem modò insinuavi, quem verò satis ἀπόδειξας afferi quispiam existimaverit, insignis fulminalium Ignium Usus; damniq; è diverso, quod inde Creaturis diversis plurimum venit, confirmandi ergò, aliqua, sed pauca, afferre fert animus. Ubi commodè in mentem mihi venit egregii illius loci, qui in Panchymico Petr. Joh. Fabri, acutissimi illius ac celeberrimi Philosophi (qualis in ipso operum suorum frontispicio perbibetur, & à Langio in Miscellan. curios. sæpius predicatur,) l. 3. Sect. 1. de his quæ aëre continentur, cap. 8. de Fulgurum utilitate extat.

„Nempe Substantia, scribit ille, pingvis, viscosa, & oleaginosa, quæ attenuata & subtiliata solet accendi (tempore scil. Fulminis aut Fulguris) in media Aëris Regione, accenditur, ut iterum decidat in Terram, ex qua ascenderat, ut Ipsam fœcundet. Est enim ipsamet Substantia Terræ pingvedo, & reliquorum omnium Elementorum, quæ in se conti-

conti-

continet semen & vitam rerum omnium, & dum igne
 scit, in cineres & calcem convertitur, salis vitalis plenam,
 quæ dum terram ingreditur, sua virtute vitali ipsam im-
 prægnat, & perinde summoperè fœcundat ipsam; unde
 non inania & vana sunt Fulgura & Fulmina, sunt enim
 Terræ quasi fimeta, ipsam stercoreant & pingvedine vitali
 replent, unde fertilitas exoritur quàm maxima, & Provin-
 ciæ & Regiones, quæ Fulguribus & Fulminibus, Cometis,
 Coruscationibus & aliis Igneis Meteoris quamplurimis &
 copiosis turgent & abundant, fertiles admodum sunt, quòd
 calcem & cineres horum naturalium Ignium in se recipi-
 ant & recondant, qui fertilitatis causas omnes in se coër-
 cent, &c. *Quæ cum aptissimè à laudatò Scriptore dicta
 sint, sintq; plura ejusdem generis ab Eodem l.c. Cap. 7. & 9.
 de Fulminis Tonitruq; commodis allata, nolo in aliis, quæ
 Aëris per Fulmina depurationem maximoperè celebrant, alio-
 rumq; testimoniis, (utut in promptu sint apud Vossium l.c.
 l. 3. c. 7. p. m. 761., Jeremiam Tschonderum Exerc. de quib-
 busd. Meteor. Disp. 1. Thes. 34., Joh. Magirum Physiol. Pe-
 ripat. l. 4. c. 4. §. 23. & in Comment. p. 328., Thom. Sagit-
 tarium Exerc. Phys. 9. §. 9., aliosq; posthac allegandos) ulte-
 riùs colligendis laborare. Neq; verò cumulare talia opus
 fuerit pro confirmandò damnò, quòd Ignes illos è Cælo ca-
 dentes dare Rebus Geocosmi diversis dictum est. Etenim quæ
 non querele tum olim, tum nuper, de illo audite sunt? Vel sola
 Sodoma & Gomorrhæ, de qua Sacra Litera loquuntur, ever-
 sio instar omnium Exemplorù esse posset, nisi in omni admodum
 Orbis angulo hodièq; extarent expressa seavorum Ignium vesti-
 gia; omniumq; propemodum Hominum animis haberent hor-
 rende infelicium Fulminum, quæ edes, quæ agros, quæ bor-*

tos, quâ sata, quâ bruta, quâ Homines, Historia. Quid longius
 ire juvat? Ipse, qui jam volvitur, Annus ferax, probo do-
 lor! uti ex Novellis accepimus, talium fuit; talesq; etiam
 in viciniâ observati Casus, qui lacrymas & Suspiria bonorû
 ciere potuerunt. Taceo alios; non contemnendus est, qui
 Trettini (nomen hoc est Pago, miliaris circiter unius spatiò
 abhinc distanti) superiore mense Majò contigit. Dum die
 dicti Mensis quartâ, inter secundam tertiamve pomeridia-
 nam, obortò (ut Plautinis verbis loquar) strepitu, crepitu,
 sonitru, tonitru, & subito & properè & validè, (ceu ipsi
 expavescentes hic loci audivimus) tonuit, simulq; in ipsum
 dicti Pagi Templum, atq; inter ipsa sacra (unter der Beht-
 stunden) irruens praeceps fulmen, duos statim viros momen-
 taneâ morte oppressit, tres graviter lesit, alios leviori ictu te-
 tigit. Est autem is ipse Casus, cujus occasione propositum
 cœpi, publicò aliquando specimine evolventi tristem Fulmi-
 natorum statum possibilemq; eorundem Medicinam. Il-
 lud, concessâ mihi à Gratosissimò Ordine Medicò Illustris
 hujus Electoralis Viadrinæ disputandi pro Licentia Facul-
 tate, nunc exsecuturus, Tuum imprimis auxilium, mente
 devotâ, voce supplici, posco,

O, qui res hominumq; Deûmq;ve

Æternis regis Imperiis, & fulmine terres!

Deinde & Tuum, L. B., favorem & benevolentiam officio-
 sè sollicito, rogoque enixè, ut, sicubi hallucinari fortassis
 & labi contingat in Themate, quod rarum nec exactè
 adeò hætenus expositum agnoscit Ammannus Disp. de Ambu-
 stionibus c. 3. §. 24., benignè errorem interpreteris. Moni-
 tus enim meliora (ita spondeo cum modò nominatò Scripto-
 re) sequar.

Dis-

Dissertationis Medicæ

DE
ASTROBOLISMO

CAPUT I.

Onomatologiam cum Defini-
tione Reali exhibens.

§. I.

Eſſe *Plantarum* quoque quandam, eamque nec improprie (ut aliquibus visum est) sic dictam, nec indignam, quæ ab Homine ingenuo exerceatur, *Medicinam*, non temerè cum *Plempio l. 1. de Fundament. Medicin. c. 3.* statui, ex eò etiam videtur asserendum: quòd, sicuti sua *Plantis Vita* & viventibus, juxta *Job. Anton. Lindenium Meletem. Med. lib. 1. §. 1.*, proprie competens, *Sanitas est*; ita & *Morborum* in illas cadentium *Remediorumque* hos abolentium, non nuper demùm, sed jampridem, periti rerum naturalium Viri passim meminert.

§. II. Non est autem instituti nunc quidem mei, *Phyiatrices* sive *Veritatem ostendere*, sive *Dignitatem prædicare*: At verò in *Morborum*, quibus plantæ infestantur, mentionem ducit me hæc vice ὁ Ἀστροβολισμός. Quod nomen ex Græciâ in Latium, exemplo *Calepini p. m. 107.* & *Brunonis in Lexic. Castellian. p. 340.* tractum, sive latinâ terminatione & flexione, ad imitationem similium, uti sunt *Syllogismus*, *Aphorismus*, *Strabismus*, donatum, in *Dissertationis hu-*

jus frontispicio, designandi Objecti ergò, circa quod versatur, adhibere placuit.

§. III. Nimirum hoc ipsum est, quò jam olim præcipuum quendam Plantarum Morbum felicissimi in verborum impositione & compositione Graji appellarunt. Quemadmodum tum aliorum Scriptorum, tum maximè *Theophrasti Eresii* lectione docemur: Qui *ἀσθρολίαν* quoque; & *ἀσθρολησίαν*, καὶ τὸ *ἀσθρολείαν*, tanquam affinia & ejusdem originis (uti facile apparet) nomina, eòdem sensu adhibuisse in *Libris de hist. & caus. Plantar.*prehenditur.

§. IV. Idque inprimis hòc locò ex iis, quæ ad Onomatologiam spectant, notare, nec minùs de *Sydemtionis* vocamine, quò hætenus allata Græca exprimere Latini solent, idem tenere (nempe quod *vitium stirpibus proprium*, uti *Rhodius ad Scribon. Largum comp. Cl. p. m. 168.* loquitur, primitus hòc notatum sit) convenit: partim removendæ ambiguitatis causa, utpote à quâ *Philosophus*, ex præceptò *SCALIGERI in not. ad c. 16. l. 4. Histor. Plantar. Theophr., quoad fieri potest, maximè debet esse alienus*; partim ut innotescat, unde eam, quâ deinceps ego usurus sum, significationem Voces illæ acceperint.

§. V. Neque verò, ut hoc tantò rectius fiat, ἀσθροδίον fuerit, siquidem quem propriè, quarumve itidem Plantarum Morbum, ἀσθρολισμῶ pariter atque affinibus, quas modò diximus, voculis in Hellade vocaverint; In Latio autem *Sydemtionis* termino notaverint; paulò clariùs exponam: præsertim cum diversum eà de re sentire diversi deprehendantur,

§. VI. Tametsi enim Latinum hoc, perindè ac Græca illa vocabula, quædam Plantarum ab ἀστρο Stellâ aut Sidere percussione vel læsione, utriusque Lingvæ gnaris facile influent: Cum illa quidem natales suos, ex vocibus ἀστρο vel ἀστρον & βολέω, quod est *percutio*, non obscure indicent; Hoc ἀστρον *sydere*, quod est, indice *Lindenio in select. p. 418, incendere*; aut *syderari*, quod est juxta *Buchnerum in Fabr. p. 2363, sydere afflari*, profectum haud difficulter advertatur: Nec percussientis tamen aut lædentis, nec percussione aut læsione ratio

tio

cio sufficienter simul iisdem exprimitur; quando Primitivorum, quibus originem ipsa debent, Vocabulorum non una ubiq; acceptio est.

§. VII. Etenim ὁ ἀστὴρ ἁϋε ac τὸ ἀστρον Græcorum, nec minus Latinorum *Sidus*, cum Corporis cujusdam cœlestis significationem habet, aliàs quidem generatim de Stella vel fixâ vel erraticâ seu planetâ, aut Stellarum congerie seu signò; aliàs speciatim & κατ' ἐξοχὴν de Stellâ singulari Majoris Canis, nempe illâ Astri illius, imò Cœli penè totius, ut maximâ ita lucidissimâ, quæ & κύνων aliàs & σείρα & five *Sirius* appellatur, usurpari consueverunt. Quemadmodum præter Lexicographos Græcos Latinosque, & Christianum Beermannum de Originibus Latine Lingvæ, voce *Sydus*, p. m. 983., posteriorem hanc, præsertim τὸ ἀστρον, acceptionem inculcant ex nostris Viri à Philologiâ Celeberrimi, Caspar. Hofmannus *Instit. med. l. 3. c. 91. §. 1.* & Joh. Ant. van der Linden in *Select. med. Exercit. XI. §. 169. & 170.* (Ex quibus habere videtur, quæ habet ea de re, Justus Cornutus de Morbo attonito, Art. 1. c. 2. §. 5.) Alter quidem patris & in Parenthesi, *Canicula*, scribens, ἀστρον simpliciter dicitur apud Hesiodum & alios: Alter paulò fusiùs & hisce: Fulgore suo hoc consecuta est (Stella nimirum in maxilla Canis refulgens,) ut nomina occuparet omnia, quæ Sideri debentur. Dicitur κύνων, *Canis*, Hippocrati quidem semper. Aliquando ἀστρον simpliciter: ut in VII. Epid text. 101. Ubi Polycratis conjugem febrî correptam ait ἴσσειν τὸ ἀστρον, ætate circa Canem. Sanè non aliud *Sydus* æquè ab omni memoriâ incidit in observationem hominum, unde & excellenter *Sydus* dictus est *Canis*. Græcis aliàs σείρα & five *Sirius* Latinis.

§. VIII. Sunt etiam, qui Veteres Fulmen putâsse & vocâsse *Sydus* referunt, Medici non incelebres, Hurnius de Morbis Capitis c. 23. p. m. 258., Nymannus de Apopl. p. 3, Rolsincius de Affect. Capit. Dissert. 9. de Apopl. p. 1., Cornutus l. c. p. 10. & alij. Imò omnes Cœli Injurias, Fulmina, Pluvias, Grandinam &c. Syderis ejusque Pestilentis, aut insausti nomine venisse quondam, colligas ex Lotichii Notis ad Petronianam Phrasin

illam:

illam: Veluti pestilenti quòdam Sydere afflavit p. 26. Quemadmodum Bartbius etiam ad Claud. Paneg. de IV. Cons. Honorii v. 30. observat, Poëtas sæpè vocabulo Syderis pro æstu juxta & frigore usos; notante Buchnero in Fabr. p. m. 2362: Qui & profæ Scriptores Syderis voce de temperamento Cæli, quod pro positu ejus atque Sideribus aut calidum aut frigidum est, usos esse indicat, confirmatque ex Plinii Panegyri. Trajan. c. 12. & 15. Confer. Petr. Castellani de κρωφαγία l. 1. c. 4. p. m. 26.

§. IX. Inde est, ut ἀσροβολισμὸν cum Synonymis suis Græcis, æquè ac Siderationem Plantarum, non eidem omnes conceptui applicent, quotquot vel illius vel hujus meminere; nec eadem utriusque apud omnes descriptio occurrat. Quod ipsum ostendere pluribus in proclivi quidem, nec alienum fortè à desideriis Philo-Botanicorum foret; sed cum potiora alia, & ad eam, quam nunc ago, rem propius pertinentia, animum ad se meum convertant, paucis defungi juvabit hæc operâ.

§. X. Sanè si quis Theophrasti, quem jam antè nominavimus, quemve in hoc genere doctrinæ meritò præ aliis sequimur, libr. IV. ἰσροβόλας φυτῶν c. 16. & libr. V. Φυλικῶν αἰπιῶν cap. 10. atq; 11. evolvere, posteriorumque de ἀσροβολισμῶ τῶν φυτῶν placita conferre cum illius doctrinâ voluerit, facillè experietur, parùm congruere eidem, tum illam sententiam, quæ ἀσροβολισμὸν arboribus tantùm adscribit; qualis est Calepini in Lexic. voc. Astrobolism. p. m. 107. & Autorum Lexici Basiliensis pag. 248. Voc. ἀσροβολία, ἀσροβολισμός: tum istam, quæ nimio tantùm & speciatim Caniculæ æstui sive ambustioni illum acceptum fert; in quâ modò nominatos Scriptores, atque ex nostris Caspar. Hofmannum Instit. l. c. deprehendimus: tum aliam, quæ eundem nonnisi cæli injuriis adscribit: tum denique hanc, quæ ἀσροβολισμὸν & σφάκελον, sicque τὸ ἀσροβολεῖσθαι & σφαικελίζεσθαι pro uno eodemque plantarum aut arborum morbo habent; quarum utramque insinuat laudatum Basiliense Lexicon: Hanc quidem C in quam propendere etiam videtur Philipp. Jac. Sachs à Lewenheim in Ampelograph. p. 52. Syderationem

tionem æqvè Sphacelismum Vitis vocans, cùm per Putrefactionem calor extingvitur, vel totò cælò, vel ex Fulgure) *sub voce ἀστροβλήτης & ἀστροβολισμός p. 241. nec non p. 1323. sub voce σφακελίζω;* (quamvis hoc loco differentiam nonnullam intercedere inter τὸ σφακελίζω & ἀστροβολεῖσθαι indicet:) Illam postremò allegatò locò sub voce σφακελῖς, dum dictam modò differentiam ex ipsò Theophrasto confirmat, & sic explicat: „σφακελῖς vel σφακελισμός de arboribus dicitur, cùm radices „nigrescunt atq; emoriuntur; cùm verò cœli injuria ipsæ ta- „bescunt, quod sideribus causa imputetur, *Sideratio* nominatur „i. e. ἀστροβολία vel ἀστροβολησία: Quæ ipsa verba uti, paucis tantùm, Sphacelismum concernentibus, insertis, leguntur apud *Job. Bodeum de Stapel. Comment. ad Theophr. p. m. 496.*; ita eundem ejusdem sententiæ Patronum ostendunt. *Theophrastus* enim τὸ ἀστροβολεῖσθαι communem omnium Plantarum & maximè omnium, cum Verminatione, publicum, tenellis autem & novellis Plantis ac Surculis maximè accidentem Morbum facit; & præter exsiccantem sub Caniculâ (πρὸ ἢ ὑπὸ τὸ ἀστὸν) æstū, aliarum etiam ejusdem causarum, nempe injuriosorum ictuū & vulnere meminit: Caniculæ autem nihil illius æstus, planè *Φιλοσόφως*, adscribit. Tametsi enim quæ καύματα Græci appellant, scilicet ardentissimos & propter excessum intolerabiles maximisq; cum squaloribus conjunctos ardores, quales sub Cane, sive diebus canicularibus, observantur, virtuti & maximè calori Sirii manè ante Solem apparentis, omnis ferè acceptum ferret Sapiencia Vetus; consentienter suo dogmati: *Astra omnia igneæ esse naturæ: quemadmodum & hoc suffragante, (quem citat,) Lippio Physiolog. Stoic. l. 2. c. 14., & illud, ex Hesiodo & Arato docet Lindenius, Select. Med. XI. §. 188:* Attamen nulla apud *Theophrastum* vestigia invenire licet illius Hypotheseos: Cujus falsitatem alioqui ex *Gemino Rhodio, Petavio, & Salmasio* egregiè ostendit, atq; temerè à Canicula, rectiùs à solo Sole æstus canicularium causam arcessi, docuit modo laudatus Scriptor. *l. c. §. 191. seq.* Idem *Theophrastus* Cœli injuriis, (quarum vero præter exsiccationem telluris vix aliquas

nominat) Res alias etiam, uti jam dictū, in ætiologiâ τ' ἀσροβολισμῶν accenset; σφακλισμὸν verò ab eod. notanter distingvit: nihil comotus exemplo eorum, qui jam ipsius tempore (uti *lib. V. de Caus. Plant. c. II.* inuit.) τὸ ἀσροβολεῖσθαι σφακλίζειν vocabant; inducti fortassis *Aristotelis* autoritate, qui *Lib. de Juv. & Sen. cap. 6.* planè quidem conformia *Theophrasti* dogmatibus tradidisse, attamen τὸ σφακλίζειν καὶ ἀσροβλήτων γίνεσθαι, eidem arborum morbo assignasse videtur; sed videtur; cum reverà non faciat: Aliud enim est σφακλίζειν καὶ ἀσροβλήτων γίνεσθαι, aliud σφακλίζειν ἢ ἀσροβλήτων γίνεσθαι τὰ δένδρα; quod pluribus tamen ostendere hoc loco non vacat.

§ XI. Similiter si quis *Plinium Natur. Hist. L. XVII. c. 24.* consulat, facilè intelliget, ex illius sententiâ Syderationem arborū ferè Morbum, eumq̄ve communem plerisque, & à Vermiculatione pariter ac Membrorum (vel ut alii legunt Nervorum) Dolo-
 lore, (quomodo Φακλισμὸν, testibus *Jac. Dalechampio, in Annot., Jul. Ces. Scaligero, in Animadv. ad Theophrast., & Joh. Bo-
 dao de Stapel, in Not. ad eundem,* sed, iisdem iudicibus, infelicitè & ineptè nimisq̄ve lascivò conatu appellavit,) ceu æqvè communibus, distinctum; sed, pro latiore & strictiore vocis usu, varium esse. Latius enim acceptâ illâ omnem à Cæli Injuria venientem arborum læsionem complecti; atq̄ve hoc sensu velut Genus habere sub se, inter Species alias anony-
 mas, e. gr. Læsiones à grandine, fulmine, &c. Syderationem strictè dictam, Carbunculationem sive carbunculum, & Rorationem: illam florentibus arboribus à pruina perfidente & gelante; hanc Vitibus maximè deflorescentibus, quâ acinos, utpote anteq̄vam crescant callescentes, infestam. Stric-
 tior autem & magis propriò significatu eundem esse insita-
 rum potissimùm ac novellarum arborum, præcipuè Ficus & Vitis, à Siccitatibus ortum Canis comitantibus, læsionem ferè mortiferam. At verò comparatâ hâc *Plini* de Syderatione arborum Historiâ, cum iis, quæ de ἀσροβολισμῶν Plantarum apud *Theophrastum* extant, non levis apparebit discrepantia; nihil obstante, quod alioq̄vi non pauca *Theophrasti* Patholo-
 giam.

giam Arborum concernentia, pro more suo, sua fecerit. Nec magis, si ad *Plinium* conferantur, qui post eum de *Syderatione* Plantarū aliquid ediderunt, convenire per omnia cum illo deprehendentur: quemadmodum, ut alios taceam, vel unus *Anton. le Grand* fidem faciet *Part VI. c. 16. Instit. Philosoph. p. 559. & seqq. de Morb. & Interit. Plantarum.*

§. XII. Mihi verò in tantâ opinionū varietate liceat nunc illam amplecti; quòd ἀστροβολισμός perindè atq; *Syderatio* Veteribus primū & propriè, Plantarum, præsertim tenellarum, illū langvorem notaverint, quem æstivo calidissimo tempore, canicularibus maximè diebus, propter telluris ab Æstu Solis exsiccati duritiem, ad interitum usqve, nisi tempestivè succurras, experiuntur: Deinde verò iisdem nominibus exprimi cœperint alii quoq; earundem morbi; & Græco quidem, jam apud Græcos, omnis ab ictu, sive cœli sive alio, vel vulnere, quâ partem quâ totū, contracta tabes; (quamvis à Fulmine vel Tonitru factam læsionem, ἐμβροχθησι potius dixerint paulò meliùs instituti, indicio *Cass. Hofmanni & Corinummi l. c.*) Apud non Græcos illatum nonnisi à cœlo, sed maximè ab æstu & Fulmine datum damnum, perindè ut Latino. Cujus hunc sensum ideò *Buchnerus in Fabr. p. 2361.* commodè expressit Germanicè, die Beschädigung vom Wetter oder von der Hitze/ ejusqve intuitu *Arbores Syderatas*, ibidem exposuit, versengt vom Wetter.

§. XIII. Nec plura quis hōc locō à me postulaverit ad confirmationem & illustrationem illius, quod §. IV. dictum est. Est verò quod potius & proximè notandum venit: Commemorata utriusqve Lingvæ Vocabula, ex Pathologiâ Botanicâ transiisse ad Pathologiam Animalem; *Vitiō* (uti *Rhodium loc. supra cit. scribit*) *Stirpibus propriō ad animantia scitè translato*, servatâqve partim, partim mutatâ significatione.

§. XIV. Nimirum *Veteres Agricultura Studiosi*, quemadmodum, dicente *Plinio l. c.*, *Morbos Plantarum varios in Societatem quoque nominum cum hominum miseris venire voluerunt*; ceu ille quidem receptis loqvendi formulis, quibus & *trunca*

arborum corpora, & oculos germinum exustos & multa simili sorte dixerunt, arguit: ita vicissim transtulere Nomina sua à Plantis & Frugibus ad animalia, docentibus Cass. Hofmanno & Cortnummo l.c. Quâ ratione factum est, ut ἀσροβολισμὸν cum cognatis suis vocibus, pariterq̄ve Syderationem, inter ea quoque Corporis mala habeamus, quibus tum alia animalia, tum imprimis plenum illud & rationis & consilii, quod vocamus Hominem, affligitur. Sicq̄ve animalia ἀσροβλήσα Syderata aut Syderosa; homines itidem ἀσροπλήγας, ἀσροβλήτας ἢ ἀσροβλήτας vel ἀσροβολίτας Syderatos vel Sydere percussos aut afflatos &c. nec non partes animales diversas similibus Epithetis insignitas, non Physici tantum & Medici, sed & alii Scriptores passim commemorant.

§. XV. Cæterum nec semel in Catalogo Morborum animalium, speciatim humanorum, occurrere Vocabula ista advertas; nec eodem ubiq̄ve sensu, quem in νοσολογία Plantarum habent, accipi; nec eidem affectui semper tribui. Aliàs enim, non multum alienâ ab eâ quam maximè propriam inibi esse diximus, significatione, τὸ ἀσροβοληθῆναι pro νόσῳ πνὶ κατὰ χεῖρῖνα, i. e. morbo quodam (nempe citrà causam, ut puto, manifestam) d. teneri. Πρὶ τῶν παιδῶν, de Pueris dictum olim, atq̄ve de Caniculâ imprimis seu Sirio id creditum, quod pueris noceat, docet Hesichius, referente Johan. Jacobo Hoffmanno Lexic. Univers. Tom 2. p. m. 860. voce sidera. Scilicet quomodo hodieq̄ve mulierculæ infantes tenellos malè habere & querulos fieri credunt, tempestate minus serenâ ventisq̄ve impetuosius flantibus, aut imbribus cadentibus. Unde passim audiuntur voces matrum & nutricum dicentium: die Kinder sind vom Wetter irre / das Wetter macht sie unruhig / it. es hat sie ein böser Wind angewehet. Quamvis postremam hanc vulgi phrasin ad alium etiam adultorum morbum trahat Buchnerus in Fabr., alium simul siderationis sensum suggerens, quando scribit: Est morbi genus Syderatio partem aliquam Corporis, sæpè etiam Corpus ipsum afficientis atq̄, exsiccantis, ut fit in Tabe, wenn man plötzlich gerâht in ein Undeyen oder Schwindung; Cita enim legendum

dum contextus docet, non oder (Schwindel) quod cum repen-
tino quodam eventat impetu, è caelo, vi quadam Syderis, proveni-
re putatur; quemadmodum & vulgò dicitur: Es hat ihn ein böser
Wind angewehet. Aliàs pariter non dissimili, quâ de plantis
dicuntur, significatione, læsionem quamcunqve, quæ animalibus,
atqve animalium præcipuè præcipuo, à Fulmine vel Ful-
gure aut Tonitru contingit, notat tum ἀστροβολισμὸς cum
cognatis, tum Syderatio. Aliàs Syderatio potissimùm repen-
tinam operationem animalium in toto corpore cessationem,
cum respirandi difficultate ac stertore, significat. Aliàs ea-
dem voluntarii motus & interdum quòque sensûs, in una vel
aliquot Corporis partibus subitanèam abolitionem signat.
Aliàs Obrigescentiam totius Corporis indicat: Aliàs denique
partium Corporis, non molliorũ tantùm Gangrænâ correpta-
rum, sed & duriorum, nempe ossæarum, totalem & perfectam
corruptionem, sive, ut *Becmannus in Origin. latin. lingv. voce.*
Sidus habet, morbum Corporis aliquam partem, animali aut homine
adhuc vivo, percutientem & enecantem indigitat.

§. XVI. Quam significationum varietatem, major se-
quitur Synonymorum varietas. Etenim in ultimo sensu (ut
ὕπερρον πῶτερον faciam) ἀστροβολισμὸς & Syderatio homini vel a-
nimali obtingens, æquipollentia sibi habet, apud Græcos qui-
dem νεκρωσιν, (non νεκρώωρον, uti vult *Marcus Anton. Mon-*
tagnana de Gangr. & Sphacel. c. I. fol. 21. ita enim membrum
νεκρωσὶς affectum potius appellant) utut aliò sensu usurpatam
in Sacris literis *ad Roman. c. IV. v. 19. & 2. ad Corinth. IV. v. 10:*
item σφάκελον & σφακελισμὸν, (nihil obstante, quod *Astro-*
bolismum Plantarum à *Sphacelismo* distinctum esse supra in-
dicavimus) πολύσημα pariter aliàs sive multiplicis significatio-
nis vocabula: Quam quisquis cognoscere atqve extricis inde-
natis extricare se voluerit, optime consulat *Positiones Medicas*
de Sphacelo Cerebri à *Doct. Mich. Lysero, & Johan. Georg. Schnei-*
dero disputatas Lipsiæ anno 1656., nec non *Job. Anton. van der*
Linden in Exercit. XXVI. & XXVII. de Circuitu Sangv. Hippo-
crat. Lugd. Bat. 1663. edit. Respondentibus Christophoro Schrödero,

& *Gottfr. Meisnero*: Apud Latinos etiam *Sphacelum*, *Sphacelismum*, *Mortificationem* &, ut iterum *Montagnana* vult, *Fulminationem*; apud *Celsum* speciatim, sed improprie, *Cancrum*, & aliò alioqvi apud Græcos sensu dictam, *Phagedenam*; Apud alios *Ignem Sancti Antonii* vel *Marcelli*, aut *S. Marcalis*: Apud Arabes corruptam ex *Sphacelo* vocem *Ascacilon*: cujus duos gradus intellexisse *Avicennam*, atqve transeunte ad partes continuas corruptione, *Esthiomenon* vocasse, quo nomine aliâ in re utuntur Græci, *Manardus Epist. 2. l. 3. Medic. Epist. p. m. 106.* tradit: Apud Germanos, den kalten Brand / die Ersterbung oder absterbung eines Gliedes: Prouti tum ex laudatis Autoribus, tum *Pareo, l. II. c. 10. p. m. 370.*, *Roder. à Castro de morb. mulier. l. 2. c. 32. p. m. 212.*, *Brunone in Lexic. Castellian. vocibus, astrobolismus, sideratio, mortificatio, Sphacelus*, nec non plerisque pathologicis & chirurgicis Scriptoribus cognoscere est.

§. XVII. In penultimâ acceptione Synonyma *Siderationis* sunt *Congelatio*, *Catalepsis*, *Catoche*, *Detentio* & *Apprehensio* *Morbis attonitus*, eâqve affecti *congelati*, *Cataleptici*, & *Syderati* appellantur; indicante *Paulo Zachia, Quest. Medico-Legal. l. 2. Tit. 1. quest. 15. p. m. recentissime editionis 187;* quam qui videre voluerit, videbit unâ operâ ibidem insignem Catalogum Scriptorum, qui de hoc *Syderationis* genere tradiderunt à *Doct. Georg. Franco* collectum.

§. XVIII. Cùm motus sensusqve aut alterius in una pluribusve partibus abolitionem notat, æquivalent eidem *ἄλυσις, πάρεσις, ἀπληξία & ἀπληξία*, apud *Hippocratem ἀποπληξίη τῶν τῶ σώματι ἢ τῶν μελέων τῶν*, *Membrorum* vel *Nervorum*, aut, quod malunt aliqui, *Fibrarum Resolutio*, eâqve juxta *Brunonem l. c. p. 1056.* subita; die *Lähme* / oder *Lähmung* oder *Erlähmung* eines oder mehr Glieder. *Nedubites*, adire juvabit *Scribon Largum Compos. medic. 101. c. 23. p. m. 82.* ejusqve Commentatorem *Job. Rhodium l. c. Quorum* hic etiam versu *Martialis l. XI. Epigram. 86.*

Sidere percussa est subito Tibi, Zoile, lingua,
Lingvæ Paralyfin significanter indicari innuit; quem aliàs *Bemannus*

mannus in Orig. LL. l. c. de Lingvâ sphacelô enectâ intelligere velle videtur; Lottichius verò in notis ad Petron. loc. supr. cit. de Apoplexiâ exponit, sicuti & illum ejusdem Poeta l. vi Epigr. 91.

Hoc opus est subito fias ut sidere mutus:

Uterqve non æqvè commodè.

§. XIX. Interim, quod hîc unâ suggerit, nempe Medicis *Apoplecticos* etiam dici *Sideratos*, *Siderosos* aut *sidere percussos*, certissimum atqve illi, quod antea de acceptione *Siderationis*, pro repentinâ operationum animalium omnium in toto Corpore abolitione, attuli, planè congruum est. Nimirum in hâc ipsâ acceptione *Siderationis* atqve ἀστροβολισμῶν, item *Morbi siderati* Synonyma frequentissima sunt ἀποπληξία & ἀποπληκτικὸν νόσημα, *Apoplexia* & *Apoplecticum malum*. Qui affectus cum apud Hippocratem interdum etiam ἀφονία, apud Celsum ὠδύλυσις, apud alios, ut à strictè sic dictâ distinguatur, *Paralysis universalis*, aliàs quoq; ἐκπληξίς & κατὰπληξίς nec non impropriè σφακέλα & σφακέλισμός, pariterq; ἐμβρόντησις & ἐμβρόντησις, atqve sic etiam Latinis *Affulguratio*, *Morbus Attonitus*, *Attonita Concidentia*, Paracelso *Gutta*, & hinc Germanis, *der Tropf* / communiùs verò *der Schlag* / die *Berührung vom Schlage* / item die *Berührung von der Hand Gottes* / audiat, audit sic pariter *Astrobolismus* & *Sideratio*: Atqve adeò ἀποπληκτικὸι *Apoplectici* sive *Attoniti* ex hoc morbo, tum *Syderati* & *Syderosi*, uti jam dictum est, tum ἀστροπληγῆς ἢ ἀστροβλητῆς aut ἀστροβλητῶν, Hippocrati etiam simpliciter βλητῶν (quales aliàs etiam *Pleuriticos* & *Pneumonicos*, magnâve cerebri inflammatione, aut *Sphacelô* propriè dictô correptos, dixit) aliàs ἐμβροντητῶν, (quomodo *Maniacos* etiam aliqui vocant) passim appellantur. Quemadmodum nemo ferè non eorum docet, qui *Apoplexiam* aliquantò plenius explicandam susceperunt. Ex quorum insigni numero sufficit mihi in præsens nominare denuò, quos jam supra §. 7. nominavi, *Heurnium*, *Nymanum*, *Rolsincium*, *Cortnummum*; ideo potissimum, quòd ex illis illorumqve locis s. cit. allegatis, constare simul possit, undè *Apoplexia* ἀστροβολισμός, *Syderatio* & *Syderatus morbus*.

morbis, nec non Ἐμβροχτισ & *Affulguratio* dicta fit. Dictam enim ita tradunt à similitudine sive convenientiâ, quàm Apoplectici habent cum τοῖς ἀστροβλήτοις aut ἀστροποπλήκτοις, eis qui ἐμβροχτίσθ, à Fulmine, quod Veteres Sidus esse opinabantur, percussi sunt; sive, ut Montanus, citante Foresto l. X. Obs. 69. in Schol. & Mercatus Tom. 2. l. 3. c. 12. p. m. 49. loquuntur, quod veluti Fulmine percussi videantur aut appareant: dum nimirum instar horum subito concidunt & prosternuntur. Unde satis aptè, iudice Paulo Zacchiâ l. c. num 3., Rodericus Castrensis de Meteor. „Microc. l. 4. c. 8. comparavit hominem Apoplexiâ correptum „cum homine à fulmine iccto, seu potiùs fulmen Macrocosmi „in Microcosmo non aliud esse, quàm hujus morbi insultum „insinuavit.

§. XX. Quæ ipsa appellationis ratio facilè confirmat veritatem asserti illius mei, quod in superioribus de acceptance toties dictarum vocum pro quovis damno animantibus, & præsertim hominibus, à Fulmine, Fulgure aut Tonitru dato, habetur; ut aliis pluribusque argumentis & testimoniis non opus sit. In hac verò significatione Synonyma ἀστροβολισμὸς ἢ ἀστροβολίας & Sydemtionis sunt iterum ἐμβροχτισ, ἐμβροχτisia, *Affulguratio*, sed propriè, sicuti de Plantis fulmine læsis, dictæ. Quibus respondent apud Germanos, die Berührung/ Beschädigung oder Verletzung/ oder auch Erschlagung vom Wetter/ Blitz/ Donner/ Strahl oder Wetter. Strahl: Apud Latinos non item, uti aliqui censent, *Fulminatio* aut *Fulguratio*. Tametsi enim Scriptores Romani, speciatim Seneca, Tom. 2. Quæst. Nat. c. 11. & 12., nominibus his utantur; aliò tamen atque eò ferè sensu ipsa adhibent, ut ipsum potiùs *Fulmen* & *Fulgur*, sive meteora actu talia, quàm effectum eorum exprimant. Recentiores verò Chymici *Fulminationis* termino operationem quandam Chymicam in Metallurgia notant: Nempe, uti Jacobus Pancr. Bruno in Lexic. Castellian. p. 597. ex Rulando & Johnsono docet, gradationem metallicam, cum excoctione ad purum, in cineratio, cujus perfectio veluti effulgente Fulgure aut Fulmine sive pureo splendore, quem etiam Florem, & Germanicè einen Blick/nuncupare.

cupare solent, indicatur. Illius Fulguris inter alios meminit etiam Mich. Majerus in Septiman. Philosoph. die 2. p. m. 52., quando à Lulio aliisque philosophis Lapidem Philosophorum assimilari scribit Fulguri in metallis, cum hac in Ignis examine micant, seu fulgur emittunt, perfectionis indubitatum signum. Similiter iisdem Chymicis Physicisque Fulminatio & Fulguratio metaphoricè audit, rerum quarundam cum impetu & strepitu contingens accensio; quibus ideò fulminantium cognomen, pariter improprie, datum est. Ut Aurum fulminans, aliàs Scloperans & κεραυνόχρυσος ☉ aut pulvis κερασσοχρυσός, Germanis Schlag-Gold dictum, de cujus præparatione virtutibus & usu singulari videri possunt Rolfinc. in Dissert. de ☉ & ☽. item in Chymia p. 338. Christoph. Glaserus Manuduct. ad Chymiam. l. 2. Sect. 1. c. 1. p. m. 115. Matth. Tiling. disquisit. Physico-Medic. de Fermentat. c. X. qv. 16. p. m. 212., Ettmüller. in Valetud. infant. c. 3. §. 9. & in Diss. de Precipitant. us. & abus. p. 84. & 85. it. in Idea Formul. p. 6. & 9., & Job. Bobn. in Program. edit. Lipsie 1673. in Promot. Jac. Sam. Wider. p. 4. & c. Calx ☿. fulminans, cujus Sennertus in Epitome Nat. Scient. p. 299. aliique recentiorum meminere: Tartarus fulminans de quo traditum est à Jacobo Barnero Chym. Philosoph. Tract. 3. c. 8. p. m. 433. occasione doctrinæ de ☉. fulminante; cujus imitatione omnis generis fulmina fieri posse docet: Pulvis fulgurans Lycopodii sive Musci terrestris clavati, de quo & similibus Elsholtzius in Flora March. p. m. 135. & in Horticult. l. 6. c. 3. p. 284., nec non Garmannus & Sachsus Ephem. Germ. Dec. 1. ann. 1. Obs. 97. ejusque Scholio perhibent. Utramque aut alteram hanc fulminationem an κεραυνώσιον græcè dicere liceat? quod quaerit Bruno l. c., alii judicent. κεραυνοπάθεια vero sive Ceraunopatiam adjicere Synonymis ἀστροβολίας & ἀστροβολισμός postremò commemoratis, placuit non temerè Doct. Job. Dan. Majori, in Inscript. c. 1. Dissert. de Fulmine Tactis, Kil. Holsator. Respond. Kistingio. edit. ann. 1673. Adjicere pariter illis commodè, me judice, possis κεραυνοβολίαν, ductu Mart. Rulandi in Synonym. Latino-Græc. p. m. 340.; utut ambiguò Fulminis ictus nomine (quippe quò & actus aut jactus fulminantis, & passio fulminati notatur) idem explicet. Non minùs τῷ ἀστροβολεῖσθαι, cum

cum de laesione animalis à fulmine veniente dicitur, respon-
debit τὸ κεραυνοβολεῖσθαι, κεραυνᾶσθαι καὶ κατὰ κεραυνᾶσθαι: sicuti
Homines quoque qui ἀστροβολισμῷ & Sydematione, eodem sensu
acceptis, affliguntur, & ab iisdem ἀστροβλήταις, ἀστροβλήτοι, ἀστρο-
βλήται, ἀστροπλήγαι; & ἀστραπέπληκτοι, Syderati, Syderosi, Sydere
afflati, percussi aut percussus; ab Ἐμβροτησίᾳ ἐμβροτήτοι ἢ ἐμβροτη-
τημένοι dicti sunt; κεραυνοβλήταις aliàs, κεραυνόβληται, κεραυνό-
πληκτοι, κεραυνιοι, κεραυνοθέντες ab Hesiodio, Euripide, Z. simo, ali-
isq; , & hinc Ceraunoplecti à Majore & Kisting. l. c. dicuntur. Hi
sunt quos Διοβλήτης Plutarchus, quasi à Jove percussos, vocavit.
Latini imitatione Ciceronis, Plinii, Plauti, Virgilii aliorumque
Classicorum Autorum, quorum locos ostendunt Buchnerus in
Fabr. p. 1018, 1019, Calepinus pag. m. 485., Taubmannus ad Plautum
p. m. 1129., communiter Fulmine aut à Fulmine ictos vel tactos, item
Fulminis ictu percussos aut percussos, Fulmine aut Fulgure afflatos,
de Cælo tactos, & propriè quidem, sed latè (ut deinceps appare-
bit) attonitos & fulguritos, optimè fulminatos appellant. Hujus-
modi hominem scitè Virgilianis verbis circumscripseris ex libro
2. Æneid:

Quem divum Pater atq; Hominum Rex

Fulminis afflavit ventis, & contigit igne.

Talem etiam, & illum quidem Fulmine exanimatum, Der vom
Wetter erschlagen ist / Bidental vocasse Persium, quando Satyr. 2.
v. 27. cecinit:

Triste jaces lucis evitandumq; Bidental,

innuit Buchnerus tum l. c. p. 1018. voce Fulguritus, tum pag. 751.

Quamvis h. l. ex Scalig. ad Fest. & Scholiaste Persii simul indicet,
quod Bidental dictus potius sit τόπος κεραυνόπληξ sive locus
Fulmine percussus, qui vidente ab aruspibus consecratur,
quemve calcare nefas erat. Quomodo etiam Cass. Peucerus in
libr. de Divinat. ubi de Augur. & haruspic. agit p. m. 381., & ex eo Ro-
sinus & Demsterus de Antiquitat. Roman. l. 3. c. 9. p. m. 282. docent,
Bidental vocatum fuisse locum, in quo reliquias Fulminis cum
sacrificio sepelire, dispersosque Ignem in unum cogere, & tacitè
prece terram condere solebant Aruspices, expiandi scopo. Quam

ex

expiationem Fulguritorum Numam ab Jove Elicio didicisse, refert Arnobius *contr. gent. l. 5. indice Dalechampio*. Quem in hanc rem videre possis in *Not. ad Plin. l. 2. c. 54.*, pariterq; quos *idem ibidem* videndos consulit. Ut & *Job. Jacob Hoffmannum Lexic. Universal. continuati p. 774. voce Fulguritum. & Tob. Magirum Polymnemon. p. m. 1064. n. 29. ibidemq; allegatos.*

§. XXI. Atque de ejusmodi Ἀστροβολήτοις sive Syderatis Homini- bus agere deinceps, cum ferat Animus, definitio ASTROBOLISMUM meum: quòd sit, quævis Humani Corporis, à Fulminis con- tactu contracta, noxa.

§. XXII. Dico autem noxam potius, quam Morbum; quòd præter Morbum, latè licet acceptum, Mortem etiam Hominis re- pentinam, per Fulminis ictum illatam, Astrobolismo & Syderati- one notemus. Quemadmodum ἀστροβλήτες, ἀστροποπλήτες, ἀστροβληθέντες, κεραινοθέντες, Syderatos, Fulminatos & Fulguritos non eos tantum vocamus, quorum Sanitas vi Fulminis labe- factata, sed quibus Vita ipsa subito per eandem adempta est. Interim quivis Morbus Fulminis ictui originem debens Astro- bolismus, atque proinde, ut ex datâ Definitione facilè apparet, hic ipse, cum Morbum designat, non ad *Essentiales*, sed *Acciden- tales* morborum Differentias spectans; non peculiaris quidam & *essentialiter* ab aliis morbis distinctus, sed *accidentaliter* tan- tum (nempe Causæ ratione & attributis quibusdam) ab iisdem diversus est.

§. XXIII. Quâ de causâ cum neque *Subjectum* peculiare & certum agnoscat, ideo communè illud omnium Morborum, quorum cura Medicos κατ' ἐξοχὴν sic dictos, nempe *Antbro- piatros*, unice tangit, videl. Humanum Corpus, in datâ Descri- ptione nominare visum est. Hoc verò cum neque mori neq; morbis affici nisi vivum non possit, supervacaneum fuerit mo- nere, tale hinc intelligendum. Tali tamen suppositò, facilè in- telligitur, ad Astrobolismum meum, sive Medicum, minimè per- tinere, quicquid mutationis Corporibus Humanis Vitâ privis à Fulmine contingit. Uti contigisse iis non levem, nec semel, observatum, notabilemque in primis impii cujusdam & sepul-

turâ indigni Sacrilegi cadaveri accidisse, ex *Bisselii Decad. 1.*
Illustr. Ruinar. 6. p. 441 relatum est à *Christ. Frider. Garmanno de*
Mirac. mort. l. 3. tit. 3. §. 37. p. m. 41. Cadebant nimirum Fulmina
 quotannis in Cœmiterii locum unum eundemque, parietibus
 Templi proximum, & quidem super Tumulum, in quo situs
 Villicus erat, prædii propinqui cultor quondam & infessor. De-
 scendebat autem Flamma in ipsam sepulchri profunditatem,
 donec in cineres redactum fuit Corpus Flammi. Fuit au-
 tem Sacrilegus &c. Cæterum Humani Viventis Corporis Partes
 aliàs pauciores, aliàs plures aut plerasque, aliàs immediatè &
 primariò, aliàs mediatè & secundariò, in Astrobolismo affici,
 facilè ex ipsa Affectuum p.n., conceptum illius sustinentium,
 varietate elucescet.

§. XXIV. In quâ quidem exponendâ quò minùs statim
 occuper nihil videtur impedire. Nam *Fulminis*, cujus conta-
 ctum, veluti causam Syderationis præcipuam, unde Differen-
 tia specifica potissimùm petitur, in Definitione commemoravi-
 mus, non est, quod aliam quis, quam communissimam & Phy-
 sicis usitatissimam significationem, quâ peculiare Meteorum
 Ignitum signat, hòc locò obtinere suspicetur. Neque, tametsi
 duo sint *Fulminum* genera, docente ex *Seneca Vossio l. 3. de Orig.*
& Progr. Idolatr. c. 7. p. m. 758.; nempe alterum eorum, quæ fi-
 unt absque sono, quæve propriè magis dicuntur *Fulgura* vel
Fulgetra, quasi Fulgores sive Coruscationes, Germanis *Wet-
 terlâuchten/Blitzen/ Wetterfûhlung* / terras vix contingentia,
 nec quicquam adversi inferentia: (Utut *Philipp. Lobmejer. in Ex-
 erc. Phys. de Fulmine, Rintbel. 1667. Resp. Reussio habit: Thes. 16.* re-
 ferre nonnullos dicat, quòd Fulgur ejusmodi sine sono, æsti-
 vis diebus, vespertino tempore coruscans, sterile ipsi vocatum,
 fœnum & aristas interdum comburat: & *Barthol. Anglicus l. XI.*
c. 14. Fulgure sive Fulguratione strictè dictâ, quam à Coru-
 scatione & Fulmine distinguit, penetrari Herbas & res molles
ex. 3. Phys. Algazelis perhibeat:) alterum eorum, quæ cum sono
 fiunt, quæve propriè magis *Fulmina* nominantur, & in Terram
 validis vibrantur ictibus, Germanis *Donner oder Wetterschlä-
 ge*

ge appellata: aliud hîc quàm postremo dictum, intelligere permittit adjectus in Definitione *Fulmini* terminus *Contactus*. Sit itaque.

CAPUT II.

DE

Astrobolismi Differentiis.

§. I.

INsignem Fulminis in Corpora, quæ Terrarum, hoc Orbe continentur, omnis generis, tam inanimata, quàm animata Virtutem, Historicorum simul & Physicorum libri mille loquuntur Exemplis. Dejectas prostratasque
 cellissimas Turres, perruptos crassissimos Muros, trajectos firmissimos Fornices, dispersa solidissima Saxa; Montes marmoream duritiem superantes eâ ratione diremptos, ut Pyramides & Columnæ emergerent, quæ non minori Arte formata, quàm humanô labore excisæ viderentur: Metalla, alioquvi solutu difficillima, momento liqvata; Aurum, Argentû, Æs, integris Cistis, etiam vimineis, marsupiis, facculis & loculis, ac ne confusô quidem ceræ signô conflatum: Ferrum omne circa pila, lignô illasô, dissolutum; Gladios manentibus Vaginis liquefactos, Cultiellos plures unius thecæ in apicem unum suis extremis conferruminatos, Campanas, salvis lignis ac tignis, fufas, ut guttatim destillarent; Plumbum in fenestris cum ipsis orbiculis vitreis confusum, Vasa Stanea in ipsis mensis colliqvata aut maculis nigerrimis inusta, Armillas aureas in ipsis Brachiis, ipsis tamen minimé læsis, ad Fluorem redactas; Æs in cingulo pari ratione affectum, Brachialiorum globulos corallinos perforatos, irruptô tamen filô; Zonam Corpori indemni detractam, Calceos sine Pedis detrimento exutos, projectos & perforatos; Ocreis soleas subtractas, inconcusô crure; Vestes intactis gestantibus ambustas & divulsas: Cunas, illasô infante, (uti Mithridati evenisse dicitur,) adustas, eodemque salvô, scamnum, cui incumbibat, quassum & diffusum; Co-

C 3

lum

» lum puellæ, intactis stupis, consumtum: Cerevisias optimæ
 » notæ, carnesqve recentes mactatorum Bouum repentino aco-
 » re infectas; Lac pariter recens coagulatum, Vina fractis
 » doliis quasi congelata & lentâ crustâ obducta; eadem inte-
 » gris Vasis subito exhausta: Incensas Ædes, totasqve frustra
 » reluctantibus Aqvis, nec Lacte interdum, (quô felicius alias
 » incendia talia cohiberi compertum est,) quicquam valente,
 » exustas; imô integras & florentissimas Urbes, (quemadmo-
 » dum olim *Volsinis*, oppido *Thuscorum* opulentissimo, evenisse
 » *Plinius l. 2. c. 52.* & Annô hujus seculi XXII, ultimâ Maji eâq; Ve-
 » neris Die, *Irlandia* cuidam Urbi *Korke* dictæ post mîros Sturno-
 » rum ibidem annô antecedente observatos congressus & confi-
 » ctus, contigisse tam lamentabile fatum, pluribus & felici stylo
 » scripsit *Erasm. Francisci* in *Der lustigen Schaubühne part. II. p. m.*
 » 692.) implacabilibus flammis devastatas: Subruta superba Pa-
 » latia; ejectas è Conclavibus Januas Fenestrasq; cum Fornaci-
 » bus; dimota in Cellis à loco suo Dolia: Molendina in varias di-
 » stracta partes, trans flumina, ad mille pluresqve passus, disjecta;
 » insignes aggerum moles everfas; scissas altissimas *Quercus* &
 » vastissima Robora in innumerabiles particulas diffracta; Arbo-
 » rum aliarum medullam penitus ex haustam, nullô forinsecus
 » apparente vestigiô; alias radicitus evulsas, inqve sublimè rap-
 » tas, ultra Pomariorum sepes translatas; excussas sedibus suis
 » Plantas, corruptos germinantium Flores, adustas segetes, de-
 » cussos Fructus: Interemta, quotquot contingere contigit, Bru-
 » ta; Feles Canesqve in ipso nonnunquam limine, cum vi Con-
 » clavibus expulsi sunt, percussos; malorum Serpentum & alio-
 » rum Animalium, quibus mortifera vis est, venenum omne con-
 » sumtum, ut intra paucos dies, præter morem suum, vermina-
 » rent: E diverso res, quæ veneni antea nihil habebant, eô inqvi-
 » natas; ita ut vinum, quod Fulmine concretum fuit, potum,
 » postquam ad liquorem rediit, exanimasse vel dementiam in-
 » duxisse deprehensum sit: Necatas momentô *Bombycum* my-
 » riades, compressas repentè *Conchas* & nata inde *Quatuor*;
 » Retia sub ipsis aqvis, in quibus abdita erant, combusta; &c.
 Hos

Hos Nobis Effectus tam validi hujus Meteori ab Antiquis pariter & Recentioribus observatos, Veteres æquè ac moderni Scriptores recensent. Nempè PLUTARCHUS l. 1. *Sympos. quæst. 6. & L. IV. quæst. 2.*, LUCRETIVS l. VI., SENECA l. 2. *natur. qu. c. 31, 52, 53.*, PLINIUS l. 2, c. 51. & l. 9. c. 35., VARRO l. 2. *rer. Divin.*, ALBERT. MAGN. *de Secret. Mul. c. V., vers. germ. p. 143.*, HIERON. CARDANUS l. 8. *de Varietat. rer. c. 43. & l. 2. Subtilit.*, ANTON. MURETUS *in Not. ad Senec. quæst. natur.*, BARTHOLOM. ANGLICUS l. XI. c. 19., COLLEGIUM CONIMBRIC. *Comment. in libr. Meteor. Aristot. Tract. 2. c. 6 p. m. 22.*, HIERON. MERCURIALIS *de Venenis l. 1. c. 14.* WOLFG. MEURER. *in Comment. Meteorolog. p. 140.*, FABR. HILDAN. *Obs. Chirurg. cent. 3. 26.*, DANIEL SENNERTUS *Epit. Scient. natur. l. 4. c. 2 p. m. 393.* MAJOLUS *Colloqu. 1. T. F. Dier. Canicul.*, CAMERARIUS *Memorab. Medic. Cent. V. partic. 96. & Cent. XIII. partic. 53. & seqq.*, JOHAN. MAGIRUS & THOM. SAGITTARIUS *loc. in Prefat. cit.*, CLEMENS TIMPLERUS *Physic. part. alt. l. 4. c. 4. quæst. 4.*, PETRUS BORELLUS *Cent. 2. Obs. 38. p. m. 140.*, PETR. GASSENDUS *Philosoph. Epicur. Sect. 4. c. XI. p. m. 407.*, SPERLING. *Instit. Physic. LV. c. VII. p. m. 800. & 818.*, GEORG. REISCH. *Margar. Philosoph. l. IX. c. 20.*, LIBERTUS FROMONDUS *Meteorol. l. 2. c. 3. art. 6.*, GERHARD. JOH. VOSSIUS *l. c. p. 759. & seqq.* FRIDEM. BECHMANNUS *in System. Physic. l. 3. part. Spec. c. 2. §. 54. & seqq.*, FRANC. OSW. GREMBS. *in Arb. Homin. integr. & ruin. l. I. c. VI. §. 4. p. m. 25.*, VIRGIL. WEELENDÖRFER *in Decalog. Serm. VII. c. 5.*, JOH. MARC. MARCI à KRONLAND. *in Philosoph. Veter. restit. part. 2. Sect. 5. Subsect. 1. p. m. 147. 148.*, ADALB. TYLKOVSKY *Meteorolog. curios. part. 1. c. 10 §. 6. p. 32. & seqq.*, ANTON. le GRAND. *Histor. natur. part. VI. art. 8. p. m. 289. & Instit. Philosoph. part. VI. c. 22. p. m. 505.*, EPHEMER. MEDICO-PHYSIC: GERMAN. CURIOS. *Dec. I. Ann. 2. Obs. 37.* JOH. BAPT. du HAMEL *Oper. Philosoph. Tom. I. Tr. 2. l. I. c. 4. p. m. 325.* ERASM. FRANCISCI *l. c. p. 203. & seqq. item p. 699. & seqq.* ERNEST. BACKIUS *in Disp. physic. de Meteor. Ignit. Resp. Sam. Henckel. edit. Witteb. 1657. thes. X. & quæst. 4.*, GEORG. CASP. KIRCHMAIER. *in disp. de Fulmine & Tonitru. Resp. Joh. Sam. Esébezio ibid. habit. 1659. sect. 2. Porism. 1. & sect. 3. dub. 1.* JOH. CHRISTOPH. HUNDESHAGEN *in disp. de Fulmine. Resp. Johan. Georg. Keyser. Jen. 1665.*

PHILIP.

PHILIP. LOHMEIER Exerc. Phys. de Fulmine, Resp. Job. Alb. Reuschio Rintbel. 1676., GEORG LUD. HAMBERGER in Diss. de Eodem, Resp. Eilhard. Pöken Witteb. 1677. habit. aliive plures, quorum nomina nunc non succurrunt.

§ II. Quin etiam *Thermas*, illa benignissimæ Naturæ ad salutem mortalium data egregia Munera, Fulminis Effectibus accensuit *Aristoteles in Problemat. indice Gabr. Fallopio Tract. de Thermalibus Aquis atq; Metallis C. 5. p. m. 230*: Ex communi quidem, ut idem *Fallopius* docet, opinione magis quam verò; in quâ *Manilius* quoque fuisse hisce Illius versibus arguit:

*Sunt autem cunctis permixti partibus Ignes,
Qui gravidas habitant fabricantes Fulmina Nubes.
Hec penetrant Terras, Æthnamq; imitantur Olympo,
Et calidas reddunt ipsis in Fontibus undas.*

§ III. Mihi autem nec ista nunc, nec alia adeò inanimes Creaturas & Bruta concernentia; sed illa inprimis Fulminis opera curæ sunt, quæ vim Illius in Vitam & Valetudinem Hominis ostendunt. Eam verò uti maximam & variam, non tam in juvandis illis, (vix enim geminum reperias Casum illi à *Vossio l. c. p. 762.* commemorato, de *Claudio quodam, cui Fulmen dedit, ut rectò deinceps Talò incederet*) quàm profligandis, varia ostendunt Exemplum; Ita varii Effectus & Affectus Humani Corporis, *Astrobolismi* Conceptum sustinentes, mihi commemorandi veniunt.

§ IV. *Mortem*, eamque celerrimam, à Fulminis Ictu venientem jamtum §. XXI. Capit. superior. indigitavi. Quæ quamvis propriè ad Medicos, quâ tales, non spectet; cum ex ea ad Vitam & sanitatem reducere quempiam nemini concessum sit: Attamen eò potissimum nomine, ut, datâ occasione, de eâ rectè judicari & responderi possit, attendenda est. Ejus Exemplum cum passim obvia sint & in ipso introitu quoddam commemoratum, frustra sim. si in colligendis illis laborem. Collecta interim, qui volet non pauca inveniet apud *Tobiam Magirum l. c. n. 18. seqq. p. m. 1061.*

§ V. At verò digna mentione aliqua, quæ *Modum Mortis non vulgarem* docent. Nimirum cum plerique eorum, quibus Fulminis ictus Vitam subito omnem eripit, victimæ instar

instar clavâ vel securi percussâ, corruant, motuqve protinûs, sensu & respiratione priventur, Corpore interim instar aliorum defunctorum rigidô frigidôve in Terram procumbente; in quo nulla ferè aut exigua percussionis nota advertitur. Nonnulli tamen aliô & singulari fatô periisse observati sunt. In Lemno Insulâ, eô locô, ubi Insulæ Cornu dividitur, cum octo Messores sub Quercu discumbentes Fulmine subitaneô extingverentur, suum quisque schema retinuerunt, ita ut eam omnes, quâ discubuerant, speciem repræsenterent; atque unus comedere, alter poculum ori admoveere, alius panem scindere; cumqve nigri omnes facti essent, imagines veluti & statuæ totidem viderentur: prouti *Cardanus de Variet. rer. l. c.* & ex eo *Paul. Zachias Quest. Medico-Legal. l. c. tit. 2. quest. XI. p. m. 436. n. 8.*, *Vossius*, *Lohmeierus*, *Bechmannus* & *Kirchmaierus loc. allegat.* prodiderunt. Publicanum quendam Gerardimontensem in Flandria, Fulminis Ictu totum in cineres resolutum, ex *Srenis Henrici Culens*, qui Pastor ejus loci fuit fide dignus, *Fromondus*, ex hoc verò *Vossius*, atque ex utroque *Bechmannus loc. cit.* retulit; versibus adjectis, qui sic habent:

Pulverem humanâ vidi sub mole Cadaver:

In tantô nusquam Corpore Corpus erat.

Omnia pulvis erant, iterum dico: omnia pulvis;

Et versa in cineres Machina tota fuit.

Omnia pulvis erant, Cervix, Caput, Ilia, Nervi,

Ossaq, cum plenô Ventre, Saburra, Nates.

Pulvis erant crurum tenuis omnia, quæ velut Ictu

Indeclinatô casa fuisse putes.

Ministrum aliquem, iter Tempestatis tempore Lipsiâ Torgam facientem, ita subitô ereptum ex Hominum oculis Ictu Fulminis, ut nunquam postea apparuerit, traditum à *Wolfg. Meurero l. c. p. 140.* atque à *Sennerto l. c. p. 304.*, ex eô autem ab *Erasm. Francisci l. c. p. 207.* pariter à *Vossio* ac *Bechmanno dictis locis*, ut & à *Jonstano de admirand. Natur, class. 3. c. 5.* & ex hoc à *Kislingio dissert. Inaug. de Fulmine Tactis c. 1. S. 25.* recensitum: At verò Hominem sic evanescentem, (quem aliqui à *Cacodæmone* abreptum fuisse suspicati sunt) procul ad loca aliena impetu

D

Ful-

Fulminis translatum fuisse, creditum ab aliquibus horum Scriptorum: Ab aliis, quibus accedit *Hundeshagius l. c. thes. 19.* eundem totum, quantum fuit, quæ Carnes, Ossa, Vestes ipsas, in cineres abiisse, eosque vel ab ipso Fulminis impetu, qui Aërem rapidissime secum trahit, vel à subsequente Vento in Auras dispersos esse, statutum: Atque eodem forsitan modo è vivis excessisse *Romulum Urbis Conditorem*, quem, narrante *Livio, in Campo ad Capræ paludem*, cum ad Exercitum recensendum Concionem haberet, subito coorta Tempesta cum magno fragore Tonitribusque, tam denso operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit, nec deinde in Terris visus sit, planè probabile nonnullis, similiterque; *Fromondo ac Lobmeiero l. c. §. 19. p. 17.* visum est. Est illud etiam notabile, quod absumpta in aliquibus Fulmine, occisis interiora omnia viscera reperta sint; quemadmodum observatum aliquando ab oculatis Testibus accepisse se perhibet *Zachias l. c.*: Citatus hoc nomine ab *Hertodo de miracul. Mortuor. p. 36. §. 26.* Ut possis tantò facilius fidem habere Historiæ, à Scriptore Gallo *Torquemade, en la 3. journées de son Hexameron*, & ex eo ab *Erasm. Francisc. l. c. p. 702.* relatæ, de Homine quodam blasphemo; quem anno 1560, in Hispania, propè pagum *Benavide*, per apertos Campos unà cum sociò iter facientem, Fulmen & Vitâ & Linguâ privavit, ita, ut ne minima quidem hujus particula, studiosissime licet inquirantibus, comperuerit. Ex eadem ipsâ Historiâ notabile pariter est singulare admodum genus Mortis, eidem Homini blasphemo à Fulmine, per insigne *Crurifragium* illatæ. Fracta enim, comminuta & contrita adeò ejus Ossa fuisse, ut Brachia Pedesque instar Chirothecæ flecti & complicari potuerint, perhibetur. Spectat huc quoque Exemplum pariter à laudato *Erasm. Francisci l. c. p. 210.* ex *Bernhardo* relatum, de *Adversariis Episcopi Irland. Malachie*; qui Fulmine semiusti atque ita disjecti sunt, ut passim ex Arboribus pendentia eorum membra reperta fuerint. Ut & aliud, ab eodem Autore pag. anteced. recensitum ex *Hoffmanno*, atque primò illi, quod ex *Cardano* adductum est, quodammodo simile; de duabus Personis, quæ sub complexibus

bus amatoriis Fulmine tactæ, in iisdem etiam mortuæ depre-
hensæ sunt, inter Centum Sexaginta quinque Homines, qui an-
no 1339., ipsâ Margarethæ Die, passim in Silesiâ horrendis Ful-
minibus occubuerunt.

§. V. Digna deinde mentione sunt etiam *Adjuncta* quæ-
dam, ut sic dicam, vel, si mavis, *Consequentia Mortis*, etiam vul-
gari aut frequentiori modò à Fulminis Ictu factæ. Ubi in pri-
mis commemorandus *gravissimus & abominabilis Odor* Cadave-
ribus impressus; quo Canes Avesqve & omne carnivorarum,
Bestiarû genus arcentur, ut ne attingant quidem illa, nedum
degustent. Traditum de eo jam olim à *Plutarcho l. IV. Sym-
pos. quest. 2.*, ex nostris etiam à *Pareo de Renunciat. p. m. 877.*, &
ex eò à *Paulo Zacchiâ l. c. pag. 436. n. 7.*, nec non à *Wilb. Fabr.
Hildanò de Combust c. XVI. p. m. 933.*, & *Gregor. Nymann. de Apopl.
p. 25.* scriptum est. Quamquam non Cadavera tantum Humana,
sed Brutorum quoque, imò Arbores, & res, quæ Fulmine
iciuntur, omnes, ipsamqve *Terram & Parietes Conclavium*,
nec non Vestimenta percussorum, tetrum ejusmodi, & Ani-
malibus penè omnibus adversum, nec Feris etiam sustinen-
dum, (nam Ursi, Vulpes, Cuniculi, aliaq; Animalia propter
Odoris hujus sævitiam in Speluncis suis morari non possunt,
indicante *Fabricio loc. modò cit.*, propriaq; adeò Cubilia, Lati-
bula & Spelæa relinquunt, si forte ejusmodi Fulmine tacta sint,
juxta *Sebast. Foxium, Lib. III. de Plat. & Aristot. Consensu c. II. p. m.
212.* & *Paræum lib. X. Apologism. alter: p. m. 336. & c. XIII. p. m. 355.*)
Hominibus verò, uti *Zacchias* ipse expertus est *l. c. n. 8.*, in-
primis noxium, (non æque tamen omnibus, perinde ut *Ve-
nena & Pestis*, nocentem, uti *Tylkowsky loc. suprâ cit.* indicat,)
proindeqve *Pestiferum* à quibusdam, & *cum Virulentia conjun-
ctum* dictum Odorem, quem *Sulphuris* graveolentiæ pleriqve
& nominatim *Seneca N. 2. l. 2. c. 53.*, *Plinius L. 35. c. 15.*, *Fortu-
nat. Fidelis de Relat. Medic. l. 4. c. 2. p. m. 599.*, *Grembsius loc. suprâ
cit. n. 35.*, *Vossius l. c. p. 755.* *Treublerus Ephemer. Germ. Dec. 1. ann. 2.
Obs. 36. p. 65.* comparant, *sulphureumq;* vocant, consciscere comper-
tum fit, & notatum, præter jam citatos Autores, à *Conimbri-*

sensibus loc. suprâ alleg. c. 5. p. m. 20., Lobmeiero l. c. §. 17. Hundeshagio Dissut. alleg. thes. 6. Imò Olei quoque & omnis Unguenti fragrantiam perire, & cum tetro Odore permutari post Fulmen, Seneca l. c. & Mercurialis de Venenis p. m. 57. aliiq; perhibent.

§. VI. Notandus pariter Color fuscus ferè seu subnigricans, quò Corpora Percussorum, eâ Parte præsertim, quâ icta sunt, infici, discere est ex Fortun. Fideli, Pareo de Renunciat., & Paul. Zacchiâ l. c. ut &, hujus indiciò, ex Jacob. Javello in Epist. ad Ferdin. „Angel. Farg. Confer. Hildanum Cent. 3. Obs. 26., ubi Caput Famuli à Fulmine icti intumuisse, & nigrum evasisse refert.

§. VII. Tenendū deinde etiam, quòd à Plutarcho l. c., & ex eo à Fortun. Fideli, Paul. Zacchiâ l. c. n. 9. & hòc citante à Casulanò Ætiolog. l. 1. n. 8., & Jun. Paul. Crasò. Qu. nat. & medic. n. 34. nec nõ juxta Pareum l. c. p. m. 878., à Philip. Cominiò, itemq; ab Anton. Mizaldo, Arcan. Nat. lib. 1. p. m. 15., Erasmo Francisci l. c. p. m. 206. scriptum est, de Immunitate Corporum Fulmine interfectorum à Putredine & Corruptione, in tempus fatis longum. Ejus intuitu Plutarchus non tantum l. c., Euripidæam Climenem, perstringit, quòd Phaëthontem Fulmine ictum in Convallibus computrescere dixerit: Sed & L. V. Sympos. c. 10. Fulmen Divini cognomine à Veteribus donatum fuisse perhibet. Quandoquidem, uti Langius Epist. 32 lib. 2. & cum eo Job. Frider. Treublerus in Ephem. Germ. l. c. docent, ideò Fulmen divinum olim nuncupatum fuisse tradit, quòd Corpora divinitus eò afflata, à omnia, imputrida tempore multò perdurent. Incorruptibilitatem hanc Causam fuisse, ut Veteres multi Cadavera Fulminatorum nec cremaverint, neq; defoderint, sed sepimentò circumdederint, ex eòdem Plutarcho, Pareo, aliisq; Scriptoribus citatis cognoscere est. Sed Plinius tamen Natur. Histor. l. 2. c. 54. etsi Hominem Fulmine exanimatum cremari fas non esse perhibeat, condi eundem Terrâ Religionem tradere scribit; Interim justa talibus minimè facta, sed in ipsis Locis in quibus perierunt, sepultos esse ex Numæ legibus, & Artemiàoro docet Jac. Dalechampius in Not. Plin. l. c. Quantum verò ad ipsam à Putredine immunitatem pertinet, ea non immeritò suspecta est

est

est aliquibus: Unde nescio, inquit *Fortun. Fidelis l. c.*, an hoc admiserit *Seneca*, qui 2. de *Quaest. nat.*: Fulmine iſta intra paucos dies verminare affirmat. Quibus gemina leguntur apud *Hambergerum* vel potius *Eilbardum Pöpken*, loco §. 1. hujus *Capitis citato* §. 12. Et hinc *Zacchias l. c.* ratione magis quàm *Experientiâ* ad credendum id, quod dictum est, se duci insinuat.

§. VIII. Nec prætereunda, quæ insuper de *Hominibus Fulmine* interentis traduntur. De *Casu* scilicet super *Partem* iſtam & *Conversione* in partem, unde *Fulmen* venit: Deq; *Oculis* eorû, qui dormientes iſti sunt, apertis; & clausis illorum, qui vigilantes *Fulmine* occubuere. *Illud*, ait *Seneca l. c. cap. 31.*, æq; inter annotanda ponas licet, quod & *Hominum* & *cæterorum Animalium*, quæ iſta sunt, *Caput* spectat ad exitum *Fulminis*. *Plinius* autem *Nat. Hist. l. 2. c. 54.*: *Omnia*, inquit, *contrarias incubant in Partes*: *Homo*, nisi convertatur in percussas, non exspirat. *Supernè* iſti confidunt. *Vigilans* iſtus conniventibus *Oculis*, dormiens patentibus reperitur. Quorum quæ priora sunt, sic explicat *Pareus de Renunciat. l. c.* *Cum* reliqua *Animantia* omnia *Fulmine* tacta in adversum latus cadant, solus homo non interit, nisi in partem tactam cadat, aut nisi vi convertatur in *Partem* seu *Regionem*, unde *Fulmen* venit. Quod tamen nequaquam verificari in *Historiâ* relatâ per *Cardanum de 7. Messoribus* dicit *Zacchias l. c.* Apud quem verò pariter ea reperies, quæ de *Oculis Fulguritorû* jam dicta, & similiter legenda sunt apud *Fortun. Fidel.*, *Pareum*, *Sperlingium*, *Backium*, *Tylkowsky* & alios locis citat. Simulqve errorem agnosces eorum, qui dormientes à *Fulminis* iſtu securos esse contendunt, pluribus postea sub *Prophylaxi* ostendendum.

§. IX. Addendum his, quod observatum pariter *Fortun. Fidelis*, & ex eo *Zacchias l. c. n. 10.* referunt; *Levia* magna ex parte ea esse, quæ *Fulmine* confecta sunt, *Corpora*: quodvè de *Partibus* tactis *Cadaverum* *Fulmine* interfectorû prior ille annotatum reliquit: Nempe *frigidiores* eas esse reliquò *Corpore*. Observatum hoc quoque ab *Experimentatoribus* quibusdam dicit; quod alioqvi de *Vulneratis* tantum *Partibus*, sive *ipsis* *Vulneribus* *Fulminatorum*, à *Plinio l. 2. c. 54.*

traditum, & ex hujus sententiâ à Pareo l. c., ex hoc verò, ut & Majolo *dier. canicul. colloq. I. Part. I.*, Petro Crinito *de Honest. discipl. l. 9. c. 12.*, Proth. Casulano *Ætiolog. l. 1. n. 152.*, Nardio *Ani-madvers. 29. Problem. 12.*, à Paulô Zacchiâ l. c. n. 8. pariterqve à Grembsio l. c. p. 26., Hundeshagio l. c. thes. 26. relatum; à Kistingio autem l. c. §. 9., de iis eorum, qui plusculis horis post mortem à Fulmine palpantur, verum esse dictum; sed, me iudice & indice *D. Vatero in Colleg. Physic. Experim. MSS. Sect. 5. c. 2. Quest. 6.*, de Vulneribus potius illorum, qui post Fulminis ictum superstites sunt, utpote in quibus ipsi frigiditatem cum dolore sentiunt, accipiendū est. De his postea plura dicendi occasio erit.

§. X. Hic autem occasione illorū illud adhuc adjiciendum: quod mors Fulminatis sæpissimè sine illis, imò & sine Ossis alicujus læsione aut Fractura eveniat. Quorum illud quidem concedit, hoc vix fieri credit Pareus, quando in *Renunciat: l. c. Pars icta*, scribit, *sæpe integra & Vulneris expers apparet: nihilominus si penitus inspicias, intueberis Ossa intus sub Cute contrita.* Consentientes huic, quâ prius, sunt non pauci Scriptores alii: Imò nullâ extrinsecus in Corpore notâ relictâ & sine vestigio Ictus, quandoq; Hominem Fulmine interfici *Timplerus loc. suprâ cit. p. 351.*, *Grembs. l. c. p. 25. n. 32.* scriptum reliquerunt: Sicuti salvis etiam & integris manentibus Vestibus id fieri aliquando *Bartholom. Keckermannus in System. Physic. l. 6. c. 6. p. m. 986.* testatus est: *Corpora*, scribens, *Fulmine tanguntur sine evidenti notâ. Ita Dantisci anno 1607. VII. Jun. Fulmen nonnullos Homines in loco, ubi Axungia servatur, (auff dem Theerhoffe/ ut vocatur,) occidit salvis vestibus manentibus.* Abeunt autem quâ posteriori sententiâ *Parei Fortunatus, Casulanus, Zacchias l. c.* non admittentes, quòd in Cadaveribus Fulmine percussis Contusio aliqua aut Ossium semper comminutio fiat.

§. XI. Jam verò quod *Morbos* concernit, Fulmini Originem debentes, quibus quidem solum Hominem affici docuit *Plinius l. c.*, quando, *unum*, scripsit, *Animal Hominem non semper extingvit Fulmen, cætera illicò; Hunc scilicet Naturâ tribuente Honorem, cum tot Beluæ viribus præsent; Et ex Plinianâ*
pro-

procul dubio sententiâ tradidit *Cardanus l. 2. de Subtilit.* Illiusq; & hujus autoritate retulit *Zacchias l. 2. Tit. 1. quest. 15.*; confirmavit quoque *Borellus l. c. p. 140.*: Obloquente interim & contrarium exemplo *Equi, qui in Taurinorum agro ad Vicum Ceresulam intactus ac superstes mansit, interfecto insidente, arguente Jul. Caf. Scaligero de Subtilit. ad Cardan. Exerc. 13. n. 1. p. m. 70.*: Quamquam non minus Spiritui & Humoribus, quam Partibus Corporis solidis illi à Fulmine accidant; attamen, cum illi ferè instar Causarum, respectu horum, sese habeant, rejectâ tantisper illorum recensione ad Caput proximè secuturum, horum tantum, & quidem latè dictorum, (ita ut Symptomata etiam complectantur) Historiam hóc locò persequi sustineo: Eò ordine; ut Ventris primum Supremi, deinde Medii, postea Infimi Affectus exponam, hisque Communes pluribus Partibus subjiciam, denique Externos commemorem.

§. XII. Ex Capitis igitur Affectibus in Ceraunoplectis observatis inprimis notabilis est *Stupor sive Consternatio*: Actionum nimirum & motuum animalium subita, utut non plenaria, interceptio. Hæc est, quæ *αἰσχρονομία* Græcis appellatur: Unde Medicamentis, à quibus eandem oriri observatum est. e. g. *Opio, semini hyoscyami, Solano &c., Narcoticorum* Cognomen contigit. Atque hæc, quam hóc locò à Fulmine oriundam indico, est illa Consternationis species, cui propriissimè & strictissimè *Morbi Attoniti* nomen contigit; quæve affecti similiter *Attoniti* nuncupantur. Nam *Attonitus*, seu Participium, seu Nomen, propriè significat Hominem, qui Fulmine afflatus externatusque stupet: sive cui Casus vicini Fulminis & sonitus Tonitruum dant stuporem. Qualem eleganter *Virgilius & Ovidius* depingunt his versibus:

Talibus attonitus visis & voce Deorum.

Item:

Non aliter stupui, quam qui Jovis Ignibus ictus

Vivit, & est Vita nescius ipse sua:

docentibus *Ambros. Calepino p. m. 110. voce attonitus, & Buchnero in Fabr. p. 2464. voce tono.* Meminere horum & stuporis ejusmo-

di à

di à Fulmine illati *Cornel. Celsus l. 3. c. 27. Anton. Benivenius de abdit. Morbor. Caus. c. 23, Nymannus de Apoplex. p. 24. & Erasmi. Francisci l. c. p. m. 213. Celsus quidem his verbis: Attonitos quos rorò videmus, quorum & Corpus & mens stupet. Fit interdum ictu Fulminis, interdum Morbo. Benivenius istis: Attonitos Fulmine Patrem & Filium vidimus, quorum Corpus & Mens Stupore quòdam tenebantur. Nymannus illis: Fulmen, si Homines non prorsus extingvat, aut ferè Apoplecticos efficiat, ita tamen nonnunquam consternat ipsos, ut instar Apoplecticorum, vel potius demotuorum prostrati jaceant. Quibus gemina sunt, quæ apud Paul. Zacchiam l. c. p. 186. quest. 15 n. 2. leguntur: Homo, licet non moriatur, cum à Fulmine percutitur, tamen illicò veluti Apoplecticus cadit, sensu ac motu destitutus, ut patet in Historiis relatis apud Anton. Benivenium. Erasmus autem Francisci conditionem Martini Weberi, hominis profani & Rustici à Fulmine tacti pluribus proponens, inter cætera his verbis utitur: Da lag der Arme Tropff ganz faden-nackend / und von grossem Schrecken unempfindlich / ohne Regung und Bewegung / vor den Augen der Felds Arbeiter / und streckte alle Biere von sich / daß jene auch nicht anders wäbneten / weder Er wäre gänzlich todt; Endlich kam Er wieder zu sich selbst / etc.*

§. XIII. A Stupore parùm distat *Apoplexia*; *Morbus* ideò *Attonitus* & *Attonita Concidentia* pariter, sed improprie, uti jam supra cap. 1. §. 19. dictum, appellari solita. Contingere hanc, etsi rariùs, ex Fulminis ictu *Jacotius Comment. 1. ad Aphorism. 3. l. 7. sect. 2. Coac. Hippocr., & apud Schenckium Obs. 137. de Capit. Affectibus* innuit; quando, rarissima, scribit, *Causa Apoplexie est Fulmen, unde tamen Attoniti & Sydenati Veteribus dicti Apoplectici, quod Fulmen Sydus esse crederent.* Clariùs idem indicat *Nymannus l. c. p. 185. n. 8.,* confirmatq; tum ex *Benivenii locò §. preced. cit.* tum ex *Joh. Bapt. Cardani Libell. de Fulgure cap. 2. nec non Brasavola Comment. ad lib. 1. Hippocr. de Rat. Victus in acut: A quibus nimirum tradi ait, se vidisse multos à Fulmine tactos sideratos, (i. e. Apoplecticos,) redditos, tandemq; mortuos fuisse. Conf. eundem Nymannum p. 287.*

§. XIV.

§. XIV. Comes & pedisseqva tum Stuporis tum Apoplexiæ, uti aliàs, ita etiam in Astrobolismo, est ἀφωια sive *Obmutescencia*: Unde *Benivenius l. c.* Attonitos suos ad septimū usque diem mutos, & sine Sensu, Vitam miseram traxisse refert; & *Kislingius l. c. cap. 1. §. 22.*, hunc etiam affectum partem Ceraunopathiæ facit. Quò superatò remanere tamen aliquando Fulminatis *difficultatem loquendi & sermonem inarticulatum*, Exemplò Bubulci in Taurinis, qui Attonitus ex Fulmine nunquam rectè postea loqui valuit, apud *Scaligerum l. c. p. 70.*, discere est.

§. XV. Affinia etiam dictis malis sunt *Catalepsis & Ecstasis*. Illà correpti immobiles permanent non solum, oculis & ore apertis, sed etiam alia eorum membra eundem situm retinent, & tamen nec audiunt, nec vident, aut minimum non loquuntur. Hæc in suspensione sensuum, motus ac mentis, sine periculo vitæ & notabili indispositione partiū consistit, duratqve non horas tantum aliquot, sed dies: dicente *Kislingio l. c. §. 17. & 18.* Quò ipsò Autore Symptomata hæc morbis Fulminatorum accensio: Confirmatus quæ *Ecstasin* etiam ab *Erasmio Francisci*; qui *l. c. p. 704.* refert, in *Historiis Sinensib⁹* legi, quod pueri quidam Sinenses, Fulmine tacti, atqve *Ecstasin* passi, in hæc ipsâ admonitionem de acceptandâ Religione Christianâ acceperint: Mentione simul factâ *Ecstaseos* illius, quam Sacræ literæ *Act. 9. & 2. Corinth. 12. Saulo, in Paulum* transmutando, prope *Damascum* contigisse, inqve eâ ipsū & Christū Dominum vidisse, juxta *1 Corinth. 9. 1. & 15. 8.*, & ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀκούσας φωνῆς, testantur. Hanc, quæ ipsi *supernaturalis*, quæ visiones & revelationes, audit, merè *divinam* fuisse; eam verò quæ à Fulmine est, *semidivinam* vocari posse, respectu *naturalis* &, quæ innotuit quoque, *diabolica*, censet *Kislingius l. c.*

§. XVI. Ad *Catalepsin* accedit quodammodo *Rigor* sive *Obrigescentia*, aut totius Corporis, aut unius vel plurium partium, præcipuè Artuum; quò in situ suò constanter permanent, ægrè flectuntur. Hujus in Avunculo suo observati *Zacchias* meminit *l. c. p. 186. quæst. 15. n. 4.*, quando illum in Iti-

E

nere

nerere à Fulmine percussum tribus diebus non tantum absque sensu & motu fuisse, sed totum riguisse perhibet. Nisi de Frigore fortassis ille intelligendus, cum statim subjiciat: mox ad Calorem reversum fuisse. Quò positò, possis Exempla alia apud alios habere, Conf. *Kisling. l. c. §. 3.*

§. XVII. Ejusdem *Zacchie* indicio corripuntur omnes *αἰσθητικὸς* frequenter *Desipientiâ & stoliditate*: prouti ex *Alexandri Problem. l. 2. 88.* ostendit, suiqve iterum Avunculi exemplò, (quem veluti stolidum nonnullis hebdomadis permansisse, donec Remediis adjutus & Naturâ cooperante ad integram rerum intelligentiam, ac sibi connaturalem Prudentiam, quâ mirum in modum pollebat, reverteretur scribit) confirmare satagit. Possis similiter in Confirmationem hujus rei habere Exemplum bubulci paulò antè ex *Scaligerò* adductum. Hunc enim amentem atque attonitum nunquam rectè non tantum loqui, sed nec sapere postea valuisse *Scaliger* asserit. Possis idem, & aliud cujusdam è Societ. Jesu, qui in *Castrò Giovanni* Fulminis ictu è scalis, quas ascendere conabatur, dejectus, per aliquod deinde annos mentis compos non fuit, sensim tamen ad sanam illam plenamqve sanitatem rediit: Rursumq; aliud alterius Juvenis, qui ibidem loci, in ipsò Templi aditù, cum aliis quibusdam Commilitonibus Fulmine afflatus, atque cum iisdem postea Templum ingressus, Phrenitici instar hinc inde in æde sacrâ discurrere, & Capite ambabus manibus prehensò exclamare cepit, perdidisse se Caput suum; summoperè rogans, ut sibi redderetur: Qui verò, etsi ad se Collegiumq; Societatis rediret, tertiâ die inopinatâ Morte extinctus est: legere apud *Erasmum Francisci l. c. p. 208. & 211.* Quamvis verò *Alexander l. c.* de omnibus, qui à Fulmine percussi non intereunt, affirmare videatur, quòd vel ad tempus aliquod, vel ad totam Vitam, infatuentur; verum tamen illud minimè deprehendit *Alard. Herm. Cummenus*, juxta *Observat. 182. Ann. 3. Dec. 1. Ephem. German.* Testatur enim in illâ, Puellam quindecim annorum, quæ ex Fulminis Contactu quasi Attonita conciderat, statim, ex quo ad se rediit, ad interrogata benè respondisse, optimèqve ratiocinatam fuisse.

§ XVII

§. XVIII. Porrò *Auditus amissus*, contractaque ex Fulmine, maximè ex Tonitru & Fragore ingenti, *Surditatis* Exemplum *Borellus Observ. 3. l. 4. p. m. 281.* retulit. *Fabricius* etiam *Hildanus Observat. Chirurg. l. c. p. m. 109.* de Famulò alterò nobilis Viri, Domini *Job. à Roste*, qui unà cum Equò in Terram à Fulmine prostratus fuit, hoc unum damnum exinde contraxisse, quod Auditum ex parte amiserit, commemorat. Quam in rem *M. Job. Andr. Schmidt in Fascicul. Disput. Miscellan. Diss. 15. §. II.* *Tonitrua*, scribit, *Homines faciunt Attonitos & Surdastròs, quemadmodum etiam strepitus tormentorum & alii. Unde Molitores & Tympanistæ plerumq; sunt obtusi auditus.* Ubi mox subjicit: *Etiam coruscationes Fulminum aut Tormentorum quosdam excæcarunt.*

§. XIX. Et sanè quemadmodum ex Tormentorum non tantum coruscatione, sed & horribili fragore, Visum subito amissum Observationes Medicæ confirmant; inter quas notabilis admodum est illa *Job. Schenckii*, de Cive Argentinensi *Lazaro zur Sprüßen* quem in Obsidione Metensi, ex horribili Bombardarum & Cannarum Muralium explosione, solius Aëris stupendò fragore & metu, citra aliam externam, vel Ignis vel Pulveris Bombardici aut alterius offensam, Visum irreparabili damnò subito perdidisse refert, *l. 1. Observ. de Capit. Human. Observ. 278:* Ita *Excæcationis*, à Fulminis tum Splendore tum Contactu factæ, aut *Debitutis* saltim à talib; causis *Visus*, passim meminerunt Scriptores. *Meurerus l. c. p. 144.*, *Backius l. c. Thes. 7. §. 2.*, *Kislingius l. c. §. 21.*, *Tylkowsky d. l. Amaurosin* quasi, aut *Guttam*, quomodo vocant Pathologi, *Serenam* videtur loqui *Timplerus*, cum *Oculum extrinsecus illesum excæcare* quandoque *Fulmen* dicit *l. c.* Nec alienam planè à Cæcitate ejusmodi, de quâ hîc sermo est, illam Divi Pauli fuisse, quæ ei ante Conversionem in vicinia Damasci contigit, cum Lux de Cælo Eum circumfulguraret *Act. 9. v. 3. 8. & 9;* quanquam mirifica DEI manus, tum in Origine illius, tum in Curatione ferè miraculosâ intervenerit; censet *Francisci*: meritò ad hanc rem videndus *l. c. p. 704.*

§. XX. De *Faciei Tumore*, Fulguritis accidere solitò, similiter *Meurerus*; de *viridò* vero *eiusdem Colore deperditò*, ipsâque in *cadaverosam mutatâ*, *Nymannus p. 25. & 287.*, tradunt.

§. XXI. Quantum ad *Thoracis Affectus*, nihil frequentius est à *Fulmine percussis summâ Pectoris angustia & Respiratione* maximoperè *impeditâ*. Testantur de eâ *Fabritius Hildanus de Combust. l. cit.*, inspirationi & expirationi Pulmonum ante omnia in *ictis* consulendum jubens: Pariterque *Nymannus l. cit.*, Respirationem in *consternatis à Fulmine* quasi nullam, aut prorsus ferè *ablatam* dicitans: *Kislingius l. c. §. 18. & 19.*, Difficilem suffocationem & inexplicabilem *præcordiorum anxietatem* in *Ceraunoplectis* notans: ut & *Treublerus in Ephem. Germ. l. c. p. 65.*, respirandi licentiam, vix ulli concessam asserens. *Nonnius* etiam *Dionys. l. I. à* *Quæ* quoddam *νεργυρ* nominavit, eâque appellatione *Fulminis Affectum*, ut censet *Taubmannus ad Plautum loc. supra cit.*, speciatim designavit; Possis verò hòc nomine commodè etiam appellare *Difficultatem Anhelitus* sive *Anhelationem*, quam *Fulminatis* quibusdam negotium facere, postquam jam ad se redierunt, *Experientia* testis est, & *Obs. 175. Ann. 2. Dec. 2. Eph. Germ.*

XXII. Plurimum verò exercet *Syderatos*, atque adeò *Astrobolismi* nomen præ cæteris fere sibi vindicat *Animi deliquium*; sive præceps ingensque virium præcipuè *vitalium lapsus*, cum *Cordis* quasi *oppressione* pulsuque plus minus *torpidò*, & *sudore* interdum *frigidò* affligens. *Ejus* cum *quatuor Gradus* sint, prouti cum aliis *Pathologis* tradit *Job. Phil. Gieswein in Hodeg. Medic. p. m. 793.*, nempe *ἐκλυσις* sive *Exsolutio*, quæ *levius*; *Lipothymia*, quæ *gravius*; *Syncope*, quæ *adhuc gravius*; & *ἀσφυξία*, quæ *gravissimum* & cum *omnimodâ pulsus abolitione* conjunctum malum refert: rarò non in *Fulminatis* postremi statim *Gradus* adsunt. Nam, uti iterum *Nymannus l. c.* docet, *Pulsus* his vix *perceptibilis* & *intermittens*, imò prorsus ferè *ablatus* est: læsis quippe potissimum *Organis Vitalibus*; sive *Membris*, juxta *Grembsium l. c.*, *vitalibus pestiferò spiraculò* affatis. Unde *Synopen Ceraunoplectarum* plerumque *lethalem* dixisse videtur *Kisling. l. c. §. II.*

§. XXIII. Inter *Abdominis* Morbos occurrit *Anorexia* & *Asitia* Fulmine percussorum: Quæ sunt, docente *Lindeno Meletem. Med. Hippocr. L. III. §. 101.* cum quis nihil omnino appetit vel sumit. Ita *Benivenius l.c.* Patrem Filiumque de Cælo tactos, ad septimum usque diem, sine cibo & potu vitam miseram traxisse scribit. Et nescio annon huc referri possit Exemplum *S. Pauli?* quem tribus diebus non comedisse neque bibisse legimus in *Act. l.c.*

§. XXIV. Liceat huc etiam referre *Fætus in Utero materno extinctionem Gravidarumq; Abortum;* de quibus, inter Effectus Fulminis, varii jam citatorum Scriptorum loquuntur. Ita *Bechmannus l.c. p. m. 297.* In fœmellis, scribit, Abortus adscribi solet Fulmini; & referri huc etiam potest extinctio Infantis in Utero materno, de quâ notandum quod ait *Plinius l. 2 c. 51.:* *Martia* Princeps Romanorum icta gravida, partu exanimato, ipsa citra ullum aliud incommodum vixit. Nimirum, (adjicit ex *Vossio,*) tenello fœtui facilius nocuit Fulmen. *Vossius* vero ipse *l.c. p. 762:* Non æquè, ait, (intellige atque in Brutis, & speciatim *Cervis,* de quibus digna notatu ex *S. Scripturâ paulo,* ante scripsit) in humano Genere felicia sunt Gravidis Fulmina vel Tonitrua. Nam quia periculum magis intelligitur, eò abortum potius faciunt, quàm partum juvant. Imò & Gravidam cum Fœtu exanimant. At illud satis insolens, quod de *Martia* refert *Plinius* &c. Cæterum, *Plinianâ Relatione* dubio procul permoti, Fœtum in Utero, salvâ Matre, Fulmine interfici tradunt etiam *Albertus Magnus l.c. p. m. 143. Cameraarius memorabil. cent. 6. p. m. 83., Zacchias l.c. p. 437. n. 10., Tylkowsky. l.c. § 6. Hundeshagius l.c. thes. 13.* pluresque alii. De quò tamen constare adeò non posse, cum solus id terror, teste *Experientiâ,* possit præstare, censet *Backius l.c. quæst. 4.* Unde *Kochmaierus* quoque *l.c. sect. 3. dub. 1. §. 4* perarduam hanc Quæstionem vocat, & in re obscurâ nil temerè sive affirmare sive negare sustinens, probabilissimum sibi videri ait *Petri Gassendi Responsum;* qui, potuit, inquit de *Martia Plinii, mulier exterreri, ut idem ipsi contigerit. quod plerisque aliis sine Fulmine,*

dum aliis ex Causis subito percussa abortiunt. Conf. *Erasm. Francisci l. c. p. 204., 205.* Cui tamen non improbabile videtur, Fœtū *Martia* aut per Contactum ipsius Fulminis, propter teneram Constitutionem, periisse, Matre, propter majus Corporis robur, illasâ: Aut Terrore, ob impetum & fragorem Tonitruī, non tam à Matre, uti alii existimant, quàm ipsomet fœtu conceptō, exanimatum fuisse. Cujus sententiæ hoc etiam favere videtur, quod extingui animam pullorum in Ovō, salvō cortice, constat, tempore graviorum Tempestatum. Quam in rem videre juvat *M. Job. Andr. Schmidt/ Dissut. cit. §. 11.,* ut & *Ephem. German. ann. 1. dec. 1. obs. 139. p. m. 309.;* citatas quoq; à *Doct. Vatero loc. antè cit. quest. 3:* Ubi eandem sententiam profitetur; quòd nimirum Anima fœtus in Uterō, superstitè Matre, æquè ut Anima viventis, illasâ Carne & Ossibus, subinde à Fulmine extinguitur.

§. XXV. Nec Fœtum tantum Vitam habentem mori, in *Juvenibus* maximè *Mulieribus*, ex Ictu Tonitruī & Fulminis, penetrantis usque ad interiora, & ea destruentis ac combustionem facientis, ita tamen, ut nullum signum adustionis extrà appareat, propter Vaporis illius (uti insit) sublimitatem, asserit *Albertus Magnus l. c:* Sed & si Vitam non haberit, possibile esse ait, quod Semen motu naturali à forma *Homini* destrueretur. *Idem* Dubia ibidem tria movet circa Vim Fulminis in Principium materiale Generationis, tempore *συνσείας* Conjugalis: quæ *Commentator ejus* ita solvit, ut non impossibile existimet, Humanum Semen vi Fulminis sic disponi, ut ex eo *Bufones* & alii *Vermes* similiaque monstrosa *Animalia* generentur: Itemque influxus *Astrales* à Fulmine, interverti; nec non Semen *Θηληγόρον* in *Αρρενογόρον* converti. Cujus tamen sententiæ vix accessero, tum ex aliis Causis, tum ex eò, quòd Casus, quem præsupponit, difficulter dabilis videatur. Nam *Tacitus 14. Annal. c. 10.* inter prodigia, quæ *C. Vipsanio & Fontejo Coss.* contigisse refert, computat; *Mulierem* in *Concubitu* Mariti *Fulmine* exanimatam: perindè, ac *aliam Angvem* enixam esse. Nec magis arrident mihi, quæ in Re-
spon

sponsionibus ad *Problemata*, ut vocantur, *Aristotelis aliorumque Philosophorum ac Medicorum* sequentia: *Quare Ictus Fulminis & Tonitru faciunt Abortivum? & Quare Mulieres Juvenes, & non Vetule, propter Causas dictas, Abortivum faciunt?* Cap. de Abortivo p. m. 87. habentur in hunc sensum: *Quia ille Vapor est adustivus, ratione cujus facile laedit Materiam tenerrimam ipsius Fœtus, intrans per Poros Matricis. Item: quia Corpora Mulierum Juvenum sunt magis rara, Poris plena & graciliora; Ergo Vapor Fulminis citius earum Corpora intrat, procurando Abortivum in eis. Sed Mulieres Veteres habent carnes crassas & Compactas, ita quod Vapores eas facile intrare non possint; Ergo non sequitur talis actio in eis.* Sunt enim hæ rationes, me iudice, insufficientes, nec res ipsa ex omni parte certa est.

§. XXVI. *Communes variisque partibus à Fulmine contingentes Affectus sunt Paralysis, Ambustio, Vulnera & Contusiones, Fractura ossium, Inflammatio, Sphacelus, nec non duosida, vel δυσοσμία.* De hæc *Kieslingius l. c.*, sub nomine *Empyreumatis* aut *Odoris Sulphurei*, agens, non semper aut in omnibus eam percipi monet. *Quod ita intelligendum videtur: Non æquè illam in omnibus vehementem, nec æquè diuturnam esse.* Quandoquidem nihil ferè non, quod Fulmen tetigit, ingrato & sulphureo Odore imbui, jam supra pluribus testimoniis confirmatum est.

§. XXVII. *Quod reliquos dictorum Morborum concernit, Paralyti correptam Manum Musici cujusdam Fulmine tacti observavit tradiditque in Hierâ picrâ Curiosâ p. 58. Job. Mich. Febr., & ex eo Kieslingius l. c. § 23. Paralytin verò Lingua intelligere licet ex impedito sermonis usu, quocum Bubulcum, in Taurinis fideratum, conflictatum esse, supra ex Scaligero notatum est.* Sic etiam nuper hæc loci videre contigit *Hominem Eleemosynas colligentem, cui, juxta Testimonium Halberstadiense, Lingua usum Fulmen ademerat.*

§. XXVIII. *Ambustionem à Fulmine sæpius fieri, tam notum est, quàm quod notissimum.* Eaquæ occasio fuit præcipuis quibusdam *Scriptoribus, ut inter ceteras Combustio-*

num.

num Species, quas Causarum maximè varietas constituit, hanc etiam tractandam susciperent. Vide Paracelsum in der grossen Wund, Arzney/L. I. Tr. 3. c. 9., Cujus inscriptio est: Vom Brand des Wetters/ Donner/ Strahls/ Himmelißen/ wie es sich denn von oben herab begiebt: Ubi quinqvies sibi, nec amplius, hoc Ambustionis genus in Praxi Chirurgicâ oblatum testatur. Fabric. Hildanum loc. jam aliquoties cit. nempe Tract. de Combust. c. 16. quod in scripsit: De Fulmine, & quomodo eis, qui ab eo laesi sunt, succurrendum. Job. Hornungum, Hildani quasi Interpretem Germanicū. in nothwendigen Chirurgischen Unterricht vom Brandschaden/ Cap. 16. p. m. 128., Dan. Sennert. Prax. l. 5. Part. 2. c. 18. p. 247. 252. Qui Exempla recentiora cupis, habebis geminum, alterum valdè ambusti Epigastrii, sive spatii infra Mammillas usq; ad Umbilicum, Palmi magnitudine; alterum Mamme totius & pubis, nec non Pedis sinistri, fulmineo Igne læforum, in Ephemerid. German. Dec. I. Tom. 2. Obs. 37. p. 65., & Tom. 3. Obs. 182.

” Utrumque sine Vestium insigni damno contigisse notabile
 ” est. Nam, præterquam quod in priori pepla mulieris quasi
 ” pulvere tormentario conflagrata, & catenula argentea in ami-
 ” culo fusa ac in quinque partas divisa esset, nec Indusium læ-
 ” sum erat, nec reliquæ Vestes. In posteriori verò thoracis tantum
 ” indumenta, vulgò Schnürleibchen/ quæ cæruleo pallidioris co-
 ” lore, Gallis bleu mourrant dicto, tinctæ fuerant, quibusdam in
 ” locis fuscum dilutiorem colorem, quem Galli seultie morte ap-
 ” pellant, contraxerant. Simili ratione jam olim Albertus no-
 ” tavit, quandoque comburi pedem calceò illasò: Quod ipsum
 ” anno 1158. Equitibus quibusdam contigisse, salvis ocreis, ex Wolffii
 ” histor. admirand. tradidit Francisci l. c. p. 209. Timplerus etiam l. c.
 ” quandoque intactâ Chirothecâ Manum hominis à Fulmine
 ” lædi retulit. Et sic Camerarius l. c. p. 83. cent. 5. de Fulmini-
 ” bus: Salvâ, scripsit, Chirothecâ manum, salvò calceò pedem læ-
 ” dunt. Conf. Borellū loc. supra cit. p. m. 139. Notandū verò: ambu-
 ” ri tantum & ustulari Corpora viventia, non accendi. Nul-
 ” lum enim Animal, nisi exanimatum, Fulmine accenditur; perhiben-
 ” te Plinio c. 54. l. 2., & ex eò Meurerò l. c., atque ex hoc Hundes-
 bagio

bagio l.c. Thes. 26. Unde *Ajacem Oilidem & Salmonëum*, quos Fulmine incensos esse & conflagrâsse, ex Scriptoribus ibidem nominatis, tradit *Magirus Polymn. l. c. n. 18. & 33.*, vitam antea cum morte commutâsse ex ictu Fulminis, quam Flammam conciperent, colligitur. Neque capio proinde satis, quod *Erasm. Francisci l. c. p. 703.* ex *Georg. Fabric. l. 3. Annal. Misn.* (quos ipsos videre non licuit) his verbis retulit: Unter andern denckwürdigen Würckungen dieses Wetters/ist ein junger Baur vom Strahl getroffen/welcher drey ganzer Tage durch seinen gankẽ Leib gebrant/ und hernach gestorben. Pertinet hũc locus *Seneca c. 40. l. 2. Q. N.* *Nullum quidem sine Igne Fulmen venit, sed hoc proprie Ignem dicimus, quod manifesta ardoris vestigia imprimit. Quod aut urit aut fuscatur, tribus modis urit; aut enim afflat & levi injuriã ledit; aut comburit, aut accendit. Omnia ista urunt, sed genere & modo differunt. Quodcumq; combustum est, utiq; & ustum est. At non omne, quod ustum, utiq; & combustum est. Item quod accensum est. Potest enim illud ipso transitu Ignis ussisse. Quis nescit quaedam uri quidem nec ardere? nihil autem potest ardere quod non uratur. Unum hoc adjiciam, potest aliquid esse combustum, quod non sit accensum. Potest accensum esse, nec combustum.*

§. XXIX. *Ambustionis* verò, præsertim perfectæ, uti *Forma in Exulceratione* consistit, juxta *Ammannum de Ambustion. c. 1. §. 5.*: Ita hæc à Fulmine facta, socium ulcerum individuum *Dolorem*, pariterq; *Inflammationem*, *Pustulas* aut *Vescicas* vel *Escharas* comites habet. De quibus cognoscere licet ex *Hildano l. c.*, *Sennerto Prax. l. c.*, *Ephemer. German. Dec. I. Ann. 1. p. 65. 66.* *Kiulingio l. c. §. 6. & 7.* *Doloris* cum motibus convulsivis, etiam post curationem, permanentis meminit *Cummenus in Ephem. Germ. l. c. Imposterum* scribens (de Puellâ Fulmine tactâ à se curatâ) *nihil sensit incommodi: nisi quod, cum tempestas aliqua cum Fulminibus immineat, insignes dolores & motus Convulsivos sinistro in pede experiatur.*

§. XXX. Nec minùs *Dolor*, isq; cum *Frigoris* quòdam sensu, uti supra indicatũ est, *Vulnem* comitatur; quæ à Fulmine, modò his, modò illis Partibus, aliàs cruenta, aliàs non-cruenta,

F

rotunda

rotunda, longa, irregularia, ut plurimum minutula, rarò magna admodum, infliguntur. De his habet *Kislingius l. c. §. 8. & 9.*; memorabile simul Exemplum ex *Charletonò de Fulmine p. 8.* afferens, Medullæ Cranii oblongatæ planè per Fulminis ictum, corruptæ atque contusæ; Quod verò, cum simpliciter lethale & mortis momentanæ Causa fuerit, non adeò hùc pertinet, quàm alia ab aliis commemorata. Sic *Borellus l. c.* Vulnus Capitis commemorat, quod Fulmen in unò locò tetigit, & illud adeò emollivit, ut cutis & caro à Craniò separarentur. *Scaliger l. c.*, & ex eò *Francisci l. c. p. 208.*, Auricula quoddam refert, in bubulcò illò, de quò antè dictum, à se ipsò observatum: *Pertuderat enim, inquit, Fulmen Auriculam tenuissimâ traiectione.* Alii alia recensent. *Hildanus* etiam Vasorum abruptorum meminit: Eisqve statim conjungit *Ossa* similiter abrupta, eorumqve *Fractiones*: Quibus succurrendi rationem poulò post speciatim docet. Quod pariter ipsius imitatione fecit *Sennertus Prax. l. c.* Has etiam Carne salvâ contingere aliquando, *Idem in Epit. Phys. p. 303.*, *Camemrius l. c. cent. 5.*, *Hundesbagen. l. c. §. 13.* retulerunt. Confer *Parèum & Casulan. loc. supr. cit.*, ut & *Zicchiam p. 393.*

§. XXXI. Et his verò & *Vulneribus*, nec non *Ambustionibus* à Fulmine factis, facile sese associat *Sphæcelus*; *Siderationis* etiam & *Astrobolismi* nomine extra hunc Casum, uti *Cap. 1. §. 16.* indicavi, in Fulminatis verò specialissimè sic dictus. De hoc est apud *Kislingium §. 10. c. 1.*; eumqve iteratò inculcat *Pamcellus l. c.* aliqve Scriptorum citatorum. Eum verò si in partem quandam Principem, Cor, Cerebrum &c. cadat, non illius tantum, sed totius Corporis *νεκρωσις* inferre; mortemqve adeò ipsam & præsentissimam esse, facile intelligitur.

§. XXXII. Sub titulò *Affectuum Externorum*, in *Tactis* à Cælò subinde occurrentium, referri imprimis meretur admirabilis, ut sic dicam, *Depilatio*; sive pilorum, quibus Corpus Humanum, in utroqve sexu, diversis vestitur locis, jactura; Corpore alioqvi totò, imò & Vestibus plerumqve salvis, aut leviter laxis. De hac, citante *Schotto Physic. curios p. 1464.* & ex eò *Hundesbaggio l. c. §. 18.*, traditum est à *Virgilio Wellen-*

derfer in Decalog. *suprà cit. serm. 7. c. 5.* Ubi inter alios Effectus Fulminis ita de illâ scripsit: Quartus est incendere Crines, sub ascellis, h. e. sub brachiis, & in Capite, & circa alia loca secretiora, Corpus tamen non lædendo. Sic etiam adurere pilos sine Carnis damno, aut exurere eos non lædendo pellem, aliis Fulminis operationibus accensent *Camerarius l. c. p. 83., & Job. Lublerus J. C. Tract. de Incendio c. 2. n. 30.* Allegat hic, præter alios, *Albertum Magnum in 3. Meteorolog. tract. 3. c. 22:* Qui fortassis locus est, quem indice digitò monstrat ipse *Albertus, Tract. cit. de Secret. Mulier. l. c.* Ubi pariter similis effectus, qualem postrema *Wellenderfferi* verba infinuant, meminit. Talem exemplis confirmat etiam *Borellus l. c. p. 139.,* tum ex *Bartassio*, cujus versus Gallicos, Latinate fideliter donatos per *Gabriel. Lermeum Volkam*, adscripsit; tum ex propriâ observatione apud *Monspelienses*, in Puellâ quâdam, ancillâ Vicarii generalis *D. Grassii.* Quibus geminumeatenus est illud *Cummeni in Ephemer. German. ann. 3. decad. 1.,* quatenus de eâdem parte pilis privatâ ex eo constat; discrepat verò, quatenus eadem excoriata & debitata, Mammaque simul adusta fuit. De Pilis omnibus sub Veste, salvis capillis, omnibusque membris illæsis, Gallo cuidam Societ. Jesu, in Sicilia, ann. 1637. primò Decembr. in sacellò quodam Templi preces fundenti, à Fulmine exustis, habet *Francisci. l. c. p. 210.* Idem *ibidem* ex *Chronico Brunsvicensi* de Militibus Imperatoris *Lotharii* recenset; quòd, in Castris propè *Spiram*, omnibus illis Fulmen Cæsariem, quam promissam & in humeros dependentem Superbiæ Causâ alebant, adufferit & combusserit. Sed memorabilis maximè est jactura Capillorum ac Barbæ, quam non quidem salvis Vestibus, sed omnibus tum indusii, tum caligarum, thoracis, tibialium, calceorumque futuris, tam aptè, ut ne à Sartore melius id fieri potuisset, resolutis, cum Corporis totius denudatione, attamen incolumitate, (nisi quòd aliquandiu quasi exanimis jacuerit, & ex Terrore quodammodo ægrotaverit) passus est, non sine risu Messorum suorum, quibus consveta formula

suâ: *Ut Vos Fulmen ad pulverem usq; perdat!* imprecabatur, Rusticus opulentus *Mart. Weber*: tam calvus factus à Fulmine, ac si novacula à Tonfore rarus fuisset: perhibente eodem *Scriptore p. 213., 214.*

§. XXXIII. Pertinent deinde ad Externos Affectus quoque *Macula & Stria*, plus minus *livide, fusca* aut *nigra*, in Fulminatis observabiles. Has Stigmata vibicibus vexatorum similia dici posse censet *Kisting, l. c. cap. 1. §. 4.* *Nigras Hildanus de Combust. l. c.* loquitur; & *Observ. 26. cent. 3.*, de Nobili Domino *Job. à Rosle* refert: quod percussus à Fulmine circa Cubitum sinistrum, manicâque thoracis simul & indufii perforatâ, Maculam nigram in ipsâ Cute (citra tamen ipsius læsionem) acceperit. Itemque: quod in utrôque prætereà Poplite ejusdem Maculæ nigræ, veluti si aliquid picis adhæsisset, reperiæ fuerint; & post annos etiam aliquot apparuerint. Sic etiam *Tylkowsky l. c. §. 8. p. 36.*, Igne fulmineo Carnes denigrari scribit. *Cummenus* verò in *Ephemer: German. l. c.* de Puellâ Fulmine tactâ scribens, *Mamma*, ait, *tota cum aliquâ intermistâ nigredine rubebat, acsi pulvere Pyriô Combustio facta fuisset: sub Mammâ Stria subfusca in Longitudine se acuminantes, per transversum Ventrem ad Hypogastrium usque penetrabant.* De ejusmodi Striis intelligo etiam *Borellum l. c.* scribentem, *quod Fulmen in Puellâ, cujus Caput tetigerat, antè & retrò ad anum usque descenderit.*

§. XXXIIIV. Ulteriùs hûc referre sustineo *Lepram*. Si quidem totum Corpus leprosum aliquando à Fulmine reddi tradit *Meurerus l. c.* Quem de *Leprâ Græcorum* potius, quæ est summus quidam Pforæ seu Scabiei gradus, docente *Sennertô l. c. Prax. part. 1. c. 28.*, quàm de *Lepra Arabum*, quæ est Elephantiasis & universalis totius Corporis Cancer, indice *Eodem*, intellexerim: Non repugnaturus interim magnoperè secus sentientibus. Refero pariter hûc *Cuticule Abscessum & Excoriationem*. Ita Puellæ, de quâ §. *preced.* ex *Observatione Cummeni* relatum est, excoriatam pubem jam ante §. 32. dictum est. E totò verò Corpore, non secus quàm in serpentibus ferè novô

vô evenit, separatam in Avunculô suô à Fulmine icôto Epi-
dermidem, tradit *Paul. Zacbias l. c. p. m. 186. n. 4.*

§ XXXV. Deniqve tot internis externisqve malis à
Fulmine profectis (quorum numerus fortasse, si plures Scri-
ptorum consulere tempus permetteret, augeri posset) accenseo
Lapsum sive Prostrationem in Terram; quam Syderati ferè om-
nes, alii quidem sine aliô damnô, alii cum morte aut morbô
experiuntur. Sic apud *Hildanum, Observat. cit.*, Fulmen No-
bilem Dominum unâ cum famulo comite & duobus Equis,
nec minus famulum alterum, ad jactum lapidis præceden-
tem, cum Eqvo in Terram projecit, & impetu quodam pro-
stravit. Sic etiam, juxta observationem *Treubleri in Ephemer.*
German. l. c., sex Mulierculas puerperam visitantes lectoqve af-
fidentes ad Terram dejecit, & Puerperæ Matrem, nullô ad re-
surgendum ferè nisu, in Terram, quasi penitus exanimem
prostravit. Similiter *Erasm. Francisci l. c. p. 213.*, de Rustico *Mart.*
Webero scribit: Es habe Jhn bey klarem und hellem Wetter
ein starcker Donnerschlag zu Gottes Boden geschmissen/ jedoch
an keinem Gliede verleset. Ex Eôdem discere est, quod Pro-
stratio ejusmodi à Fulmine subinde cum jactu sive projecti-
one Corporis, de loco ad locum, fiat. Scribit enim *p. 211.* de
juvenibus quibusdam, qui in *Castro Giovanni* ante Ostium
Templi sedentes, fumantem Ætnam respiciebant, daß sie ein
plötzlicher Donnerschlag ungestümlich von einander geworffen.
At verò omninò aliorum à Fulmine translatos Homines,
quod vult *Kistingius* contigisse Ministro Lipsiâ Torgam eun-
ti, uti supra §. 3. dictum est, mihi adeò non est probabile.

CAPUT III.

Ætiologicum.

§. I.

NOlo hîc per ambages ire, ubi plana est & recta via.
A Fulmine, Veteribus ἀστρον & Sydus dictô, Astrobolis-
mum sive Syderationem Nomen habere ac Differentiam

Cap. I. indicatum est. Fulminis igitur Contactum utramque hinc absolvere paginam, quis non videt & ex dictis colligit? Notari tamen Contactum velim: Sine hoc enim contingens, utut Occasione Fulminis, per Terrorem nempe vehementem ingentemque Metum, aut excellentem, sive Tonitruum Sonum, sive Fulgetri Splendorem, eveniens sive Mors, sive Morbus, proprie & strictè dicendo non est Astrobolismus sive Sydenatio, nec hujus loci.

§. II. Evenire autem aliquando ex dictis Causis, occasione dicta, utrumque malum, probabile satis, & jampridem præcipuis quibusdam, inter doctos, Viris visum est. De Pavore, quem Fulmina horrenda incutiunt non Hominibus tantum, sed & Brutis, juxta illud Virgilii:

Fugere Fera & Mortalia Corda

Per Gentes humilis stravit Pavor:

(De quo vide Petr. Ramum in Physic. pag. 171.) & Vossium p. 754., Bechmann. p. 283. §. 35. Hamberger. l. c. §. 1.: Ex Casulani Ætiol. l. 1. n. 11., Paulus Zacchias p. 436 n. 8. docet: Eum solum subinde Mortis Causam existere. Annotandum, inquit enim, est, non omnes perire ab Ictu ipsius Fulminis, sed aliquos à solo Pavore exringvi. Similiter Fromondus l. c. Vigilantes, scribit, sæpè putant se fulminatos, qui tamen tantum afflati corruunt solo metu vicini Fulminis, & exanimantur. Hinc Pastores, ut Tonitruum terrorem, pecori depellant aut minuunt, gregem sparsim colligunt & emissò Cane compellunt in unum: Societas enim ista levat metum, qui non raro trepidum à Natura & imbelle pecus penè exanimat. In cujus sententiam quomodo conspirent Vossius & Hundeshagius vide apud hunc l. c. §. 23. Quibus ipsis Scriptoribus non invidis, consentientibus aliis, Stupor quoque & Attonita Concidentia, nec minùs Animi Deliquium, & in Fœminis Abortus sæpè ab insigni Terrore ac Metu, per improvifum Fulgur & Tonitruum inductis, derivantur. Sanè de Abortu Prudentiorum quorumque ea sententia est: Si Tempestates sequatur vehementes, eum dictis Animi Affectibus principaliter, Fulmini tantum occasionaliter acceptum ferendum. Nec Martia, Principi Romana

mana

mana, aliter periisse Fœtum, sunt qui censeant: Ex quibus Gassendum & Backium jam supra cap. 2. §. 24 nominavi. Alberus ipse Magnus, etiamsi, ut *ibidem* ostensum est, non Abortum modò, sed & monstrosum Conceptum ad Fulminis immediatum Contactum referat; minimè tamen diffitetur, ex Timore Tonitruï sæpè Fœminarum, inprimis Juvenum, totum Corpus immutari & disponi ad ægritudinem, & per ejus adventum Fœtum lædi & extingvi. *Auditum* verò & *Visum*, uti aliàs ab excellenti sensili, e g. Campanarum & Tormentorum bellorum boatu, Candore Nivis, Splendore Solis &c. lædi in confesso est apud Physicorum filios; quorum unum *Sperlingium Instit. Physic. l. 8. c. 3. Quæst. 2. p. m. 1075.* adduxisse satis sit: Ita à Tonitru vehementiore & Coruscatione insigni eorundem Sensuum sensoria debilitari, *Surditatemq;* & *Cæcitatem* induci, etiam in superioribus non obscurè, ex quorundam Scriptorum mente, indicatum est.

§. III. Cæterùm de *Fulminis*, Astrobolismum strictè dictum Contactu suò facientis, *Naturâ*, *Origine* & *Differentiis*, quàm sint diversæ tam Antiquorum, quàm Recentiorum Opiniones, notissimum est. Cognoscet id, qui nescit, facilè, evolutis, quos *cap. 2. §. 1.* recensui, Autoribus. Horum verò quorundam imitatione ut distinctè h. I. & fusè rem omnem explicem, quisquis expectas, frustra es. Quin potius quod Medicorum est ago, & præmansam quasi hanc Dôctrinam à Physicis accipiens, ad eorundem Monumenta, veluti ad Fontes, Lectorem remitto. Interim, cum certis quibusdam, iisq; optimis, Hypothesibus Physicis uti & niri Medicum conveniat, non dissimulo, meas me facere illas, inprimis Eorum, qui *Fulmen subtilissimam maximeq;* *mobilem* & *penetrantem Substantiam* facientes, *Spiritus Ignei* nomen ei tribuunt: *Partes* verò *constitutivas*, præcipuas quidem & nunquam absentes, agnoscunt *Spiritus Sulphureos salinosqve*, & *athereos* aut *aëreos*: Sæpè autem alios quoque; nempe *Lapidificos*, *Narcoticos*, aut aliâ ratione *Heterogeneos*, quos *Venenatos* dicere possis. Atque *Materiam* proinde eidem & anthracotheiò Salinitro, (ut *Scæ- ligerâ*

ligeri verbô utar,) sive Pulveri pyrio vulgari, aliisqve, qui Chymicâ arte diversi parantur, fulminantibus comunem, faciunt *Sal* maximè, & *Sulphur*. Illud inprimis *Nitrosum* & ligans s. *figens*: Hoc tam *Commune* quàm *Metallicum*; & ligatû s. *fixum*: Utrumq; sive è globô Terraqve, per Solares radios æstivis dieb' Tellurem ustulantes, Igniumqve subterraneorum resolutionem, & ipsam heterogenearû Particularum in Geocosmo actionem & reactionem, sursum elevatum; sive (quod mavult *Job. Marcus Marci l. c. p. 149.*, ubi *Nitro* etiam *Mercurium* substituit) in ipso Aëre ex suis Seminiis natum. Sed ita; Ut hæc ipsa aliarum quoqve, nempe bituminosarium, antimonialium, arsenicalium variarumqve metallicarum & similium partium accessione, diversimodè quâ Mixturam variari: Atqve hinc, sub ipsâ accensione, (partim Soli, partim celerrimæ Particularum agitationi, mutuaqve intra Nubium, plus minus crassarum, angustias atritioni, nec non heterogenearum occursum debita) tum flammam Fulguris, tum Tonitruum sonum, tum Vim & activitatem ipsius Fulminis, diversimodè sese habere: Hanc ipsam verò, atqve adeò Effectus quoqve Fulminis diversos & stupendos, tum à proportione dictorum Principiorum materialium, tum à Conditione, tam Atmosphæræ, (quæ homogeneis potissimum Effluviis Flammam motumqve seriatim ad Terram usque continuare aptis, tempore Tempestatis plerumqve turget, & alio atqve alio loco, aliis quoq; activis, & in Consortium Fulminis vel facile venientibus, vel vel abreptis, particulis scatet) quàm Subjectorum, in quæ operatur, plus, minus ipsi affinium, eiqve cedentium aut resistentium; plurimum dependere dicant: Sed & non rarò, (insolitos maximè Casus) à singulari Omnipotentis Numinis, iustas scelerum pœnas mortalibus telô hœc suô irrogantis, Directione & Providentiâ: Hujusqve mandatô aut permissu, ab Angelorum, aliàs bonorum ministeriô, aliàs malorum κακουργία manare, & altioris indaginis, quàm ut à nobis satis comprehendi possint, esse asserant. Quorum quisquis mentem introspicere penitiùs, & Fundamenta, quibus satis firmis nituntur,

tur,

tur, cognoscere rectius volet, videat is inprimis ad *Lobmaieri*, *Tylkowsky*, *du Hamel*, *Vateri* Scripta aliquoties citata; conferatque *Sennertum*, *Sperlingium*, *Vossium*, *Hundesbagium*, *Kislingium*, *l. a.* Imò & *Pansophiam Enchireticam Arnoldi*, (quem se vocat,) *Bacchimi thes.* 77, 78, 79. Ubi mentio fit inter alia duarum Aqvarum Salino-Sulphurearum, quæ quàmprimùm in minimâ guttâ se contingunt, in momentò accenduntur sine ullo Igne, & Æthera Aëremque dilacerant; ita ut omne Corpus obvium cum ingenti fragore prosternant. Quibus, perinde ut Aurò & Ferrò fulminante Mixturaque fulmineâ, typum Fulminis ostendi, atque adeò Originem illius, inprimis ex Salibus, confirmari posse, notanter docetur. Nec abs re erit, consulere *Paræum L. 10. in Apologismò alterò & Apologiâ antehac cit.* Ubi, *quid simile & dissimile sit Fulmini cum ictu Bombardicò*, satis aptè exponit: Atque inter cætera notatu dignam Observationem affert de Milite; ex cuius femore olim glandem extraxerit, femoralium multitudo integrò, nullaque dilacerationis aut ustionis signa præferente, involutam: Multosque præterea se vidisse asserit, qui nullò modò icti, ac ne attacki quidem, prætervolantis tantum vertici vel auribus Bombardici ictus fragore & impetu, sic attoniti procubuerint, ut viventibus & deatratis Membris, Gangranâ mox invadente, interierint; imò comminutis attritisque ossibus, nullò in Cute apparente læsionis vestigiò, tanquam de Cælò tacti in ipsò momentò obierint. Quomodo cum etiam rem agi doceat, *Job. Schenckius Obs. 278. de Affect. Capit.:* Quippe qui in Exemplis esse ait, quòd Pila Bombardica Aërem obvium tantò impetu quatiat & propellat, ut sæpè eò prius, quàm ipsâ pilâ, occupentur Homines, contufis aliquando Carnibus, nonnunquam etiam Ossibus ipsis vel luxatis vel fractis, absque ullâ Armorum aut Vestium prætensarum noxâ, pari in multis cum Fulmine Effectu & Certamine: At verò *Paræus* argumentum inde, quòd Venenum quoddam Cannarum muralium Ictus conjunctum habeant inferantque in Vulnera, minimè peti posse censeat: Nescio annon dubium inde cuipiam subnasci

G

possit

possit de Venenô Fulminis, five Naturâ, quàm vocant, illius pestiferâ. Interim non est animus mihi in præsens deserendi hanc Thesin, quam post *Senecam* *Q. N. l. 2. c. 53.* plerique laudatorum Scriptorum professi sunt, ipseque *Paræus* inficiari non ausus est.

§. IV. Differentias autem Fulminum quod concernit, quamvis variæ earum à *Senecâ*, *Pliniô*, aliisque Naturæ Peritis tradantur; Ego tamen, missis, cum *Foxio* aliisque, illis, quas *Hetruscorum* superstitione fecit; (quas verò qui cognoscere avert, apud *Peucerum* & *Rosinum* *loc. supra. cit.*, aliquas etiam apud *Epithetorum Poëticorum* Collectorem *Job. Ravisium* *Textorem* *p. m. 367.*, legere poterit) missisque etiam, quæ aliquibus placent, distinctionibus aliis; eam imprimis amplector, quâ Fulmen in *Terebrans*, *Discutiens* & *Urens* distinguitur. At verò singulas species pluribus explicandas Physicis relinquens, hoc tantum affirmare sustineo: quòd omnes in perniciem Corporis humani, suo modò, conspirent.

§. V. Hoc verò ut appareat, *Modusq; causandi* tot mala, quæ antè commemorata sunt, innotescat, attendenda imprimis venit *ratio Contactus*, quò statum Corporis Humani tam diversimodè mutari à Fulmine advertimus. Nimirum, tametsi recensitorum Effectuum & Affectuum aliquos, à Substantiâ & Structurâ Partium Solidarum, per *immediatum* Fulminis Contactum mutatâ, Originem suam habere fatendum sit: Attamen mutatione imprimis Spiritûs & Sangvinis, utpote quibus alioqui Vita & Valetudo Animalium tam salva quàm læsa maximè debetur, pleraque & præcipua damna *mediate* contingere verosimillimum est.

§. VI. Et in *Spiritum* quidem Corporis nostri, tam *vitam*, quàm *animalem*; (est enim in se unicus & pro diversitate tantum Organorum & Motionum, quibus applicatur, diversa sortitur Nomina) cum is *nihil aliud* sit, quàm *Aura subtilissima insensilis* & *summè mobilis*, è *Particulis Aëris in Sangvine aliisque Humoribus producta* & *Motionibus quibuscunq; destinata*, definiente *Doct. Christ. Vaterô* *Dissert. Physiol. l. c. 10. Thes. 3.*: Sitq; adeo

adeò Naturæ Fulminis quodammodò affinis : Tantò probabiliùs est vim hujus esse ad mutationem multò maximam; quantò certius est, per Observationes Medicas, eundem *Spiritum*, tum ab ipsò ambiente Aëre & Luce, tum à Spirituosis quibuscunqve arte factis, potentissimè & diversimodè, (prout amica ipsi vel inimica fuerint,) aliàs cum ipsius augmentò & conservacione, aliàs cum detrimentò & destructione, mutari. Videtur autem præcipuum Vitium, quod *Spiritus* à Fulmine contrahit, consistere in illius *Dissipatione*, celeriqve, anteqvàm novus ex Sangvine renasci possit, *Profligatione*; Unde vel *Inopia* illius, vel omnimoda *Cessatio* sequitur. Illam, cum *Lindenio Meletem. Medicin. Hippocrat. l. 3. §. 60.*, *Divisuram Spiritus* appellare possis: Quæ ipsi ibidem aut Incisio est *Defectionis* nomine vocata; aut *Contritio*, quam *Lacerationem* nuncupat. *Inopiam* verò *Spiritus*, ad ejusdem Mentem, generatim *Ametriam illius*, speciatim *ἀδυναμία*; *Cessationem* autem *Extinctionem* vocare licebit. Aliquando idem *Spiritus* à *Mobilitate* suâ magnoperè desciscere atqve adeò à naturâ suâ, quæ in illâ maximam partem consistit, plurimùm abire videtur. *Torporem* dixerim hunc *Spiritus* Morbum; quem *Lindenius l. c.* generaliter *Substantia* Morbum, specialiter *Atoniam* dicit: Species ejus faciens *Oppressionem* & *Soporationem*. Ad hunc pertinet *Anomalia*, quam *Kislingius* vocat, *Spiritus Cataleptica*; vel *Motus* ejus per Nervos omnimodè suspensus, servatò interim fluore & in minimis, circa proprium quasi axem, rotatione: De quâ *l. c. Cap. 1. §. 12.* loquitur. Quin etiam *Spiritus* *Displacencia* Morbum, laudato *Lindenio* dictum, atqve alium *Desipientia*, qui in *Impotentia* *Imaginationis* consistit, & aut *Stoliditas* est, aut *Obliviositas*, quandoqve videtur à Fulmine incurrere. Sæpiùs autem *Alienationem* illam, quam *Perversionis* Nomine idem exprimit: quâ nimirum Fulmini, ceu *Spirituali Veneno*, quoad Naturam ipsam est assimilatus.

§. VII. Cumqve talia in *Spiritum* vitia cadant à Fulmine, fieri vix potest, quin simul *Sanguis*, cui sua aliàs per *Spiritum* integritas maximè constat; (siquidem *Sanguis* sine

Spiritu non Sanguis, sed Cruor est; uti pluribus docet *Harvæus de Generat. Animal. Exercit. 71.*) Constitutionem quòq; præternaturalem, non tam quàm Mensuram, quàm quàm *Materia & Motum* contrahat. Quàm illam, adimi potissimum sanguini à Fulmine fluiditatem, atque *coagulari* eundem, & sic *alienari* à Naturâ suâ, planè verosimile est. Multò magis autem sub ipsâ Coagulatione corrumpi & extinctione Spiritus, *Diaphboram Lindenio l. c. §. 47.* dictam; imò etiam, serpente Corruptione & illasas Partes vitiatis addente, *Gangrenam* ipsam, eidem appellatam, (quæ *Kislingio* etiam hîc *Synderatio* audit) contrahere; atque speciatim, sub his Corruptionibus, ratione Salium suorum, celerrimè *acescere* aut aliter *acrescere* videtur. Siquidem *avēria* docuit eum in Fulminatis subinde Gelatinæ nigræ similem, atque adeò talem, ferè fuisse, qualis aliàs à Mixturâ acidorum, in Venas infusorum, curiosioribus Anatomicis comparuit. Atque hi Morbi, uti *Hæmostasiam* sive sufflammationem Sanguinis, in Vasis suis circumire consueti, post se trahunt: Ita ipsi *Exormesin*, sive impetum Sanguinis; & *Anormesin*, sive impetuositatem ejusdem, cum inflammationibus Partium subitaneis plerumquæ conjunctam; docente doctissimo *Batavo l. c. §. 48.*, sequuntur.

§. VIII. Quibus habitis, recurrere nunc ad Spiritus illos, quos concurrere ad constitutionem Ignei istius fulminei §. 3. dictum est; & quibus in specie modis, quas potissimum mutationes, singuli Spiritui pariter ac Sanguini nostro inducant; quosvè in partibus solidis Morbos, quæ Symptomata ex recensitis, tum mediantibus illis, tum immediatò Contactu producant; exponere pluribus, Ordo Doctrinæ videtur postulare. Sed pagellarum huic Disputationi destinatarum angustia compescere calamum jubet. Quare liceat mihi alienò hîc labore frui, cupidumquæ Lectorem, quàm hanc Ætiologias partem, remittere ad *Disputationem* sæpius laudatam *Job. Jac. Kislingii: Ubi & Cap. I. passim, & Cap. II. §. 6. ac seqq.* expedita maximam partem ea inveniet, quæ hic expedienda restabant.

§. IX.

§. IX. Examinatum ibidem & cumulatis §. 12. argumentis, à Doct. Majore suppeditatis, ad Figmenta damnatum reperiet Dogma, de Lapide Fulminari: Cujus inter causas tam Astrobolismi, quam aliorum Fulminis Effectuum; inprimis verò, ubi de Vulnerum, Contusionum, Sugillationum, Fracturarum origine quæstio est; mentionem facere consuevere superiorum temporum Scriptores. De hoc verò, quamvis persuasissimus sim, Fulminis Efficaciam ab eò (ut vulgò creditur) minimè pendere; attamen, quod existentiam illius concernit, certi quippiam statuere nondum audeo: Cum adhuc animo obversentur nonnulla, quæ illam adeò non improbabilem mihi reddere videntur. Memorabile est, quod sæpius cit. *Erasmus Francisci l. c. p. 209. ex Hoffmanno refert*: Nimirum, quod post horrenda illa Fulmina, quibus Annò 1339., Die Margarethæ, concussa est Silesia, Lapidum ejusmodi Fulminalium circiter trecenti passim reperti sint. Vidit etiam nuper apud Amicum in Vicinia hujus Viadrinæ *Dn. Præses* Lapidem, quem ille hòc ipsò annò reposuerat, allatum sibi ab ancillâ, quæ illum, paulò post observatum insigni Fulgetrum atque è vestigio auditum fortissimum Tonitru, in areâ domus, ubi nihil unquam ejusmodi lapidum repertum fuit, invenerat. In eo Signa recentia allisionis vehementioris, nempe jactura particularum quarundam in ipso apice, cum fissurâ quâdam comparuerunt. Nec parùm me movet autoritas *Lohmeieri, du Hamel*, aliorumque Recentiorum qui dari Lapidem, ejusmodi fulminarem denuò afferere non dubitarunt. Quam in rem ille *Exercit. cit. §. 21. Equidem, inquit, lapidem fulminarem dari non nego, notum enim mihi est Experimentum Cartesii Meterol. c. 7. §. 10. ita habens: si illius Terræ, quæ in fundis Vasorum, in quibus pluvia est collecta, subsidit, item Nitri & Sulphuris certas partes misceamus, mistumque illam incendamus, momentò Temporis in lapidem quendam concrecere deprehendemus. Tales verò Vapores elevari & in fulmina abire notum & jamtum supra à nobis demonstratum est. Hic verò l. c. p. m. 324., Fulmen, scribit, Exhalatio quidem est inflammabilis, quæ Nubibus*

bibus intercepta & constricta, sæpè in Lapidem concoquuntur. Siccas quippe & Terrestres partes in mediam Aëris Regionem attolli & in fundo Vasis, ubi diutius Pluvia resederit, Terreas faces conspici, jam subinde monuimus: quæ quidem, cum Nitrosis & sulphureis fumis permixta & incensa in lapidem abeunt. Quid igitur mirum, si acres Oleosa & terrestres Particulae in Nube, tanquam in Fornace, decoctæ lapidem Cerauneum consentent? Tametsi nemo ex Veteribus ante Avicennam hujus Lapidis meminerit. Taceo alia, quæ de Metallis ex Aëre in Terram prolapsis etiam Recentiorum curiosæ Observationes suggerunt.

§. X. Quod superest, in complementum hujus Capituli, tanquam *Causas Remotiores & Occasionales*, adducere sustineo, ex *Naturalibus*, Moram in Locis & sub Arboribus, cumque Animalibus aut similibus Rebus, quæ frequentius Fulmine tanguntur. Loca istiusmodi sunt Cœmeteria, Tempora, Turres, præsertim pulvere pyriô oppletæ, aliave excelsa, ut & maritima atque metalli Fodinis propinqua, nec non montibus ignivomis vicina: Item *Ovilia* & alia Sulphureis Nitrosisque Effluviis plena. Quemadmodum videre est apud *Vossium*, *Borellum*, *Bechmannum* aliosque Scriptorum antehac allegatorum. Ex Regionibus, *Sicilia* illam partem, quæ juxta *Ætnam* est, inprimis nigrô calculô notat *Schottus in Phisic. Curios. l. 12. c. 15. p. 1450.*, scibitque: *Nullibi se vidisse tam frequentes Hominum & aliarum rerum strages à Fulmine factas, nullibi tantam Incolarum trepidationem, quam ibidem.* *Olaus autem Magnus Borealia Regna atrô carbone designat. Ex Arboribus non alias magis Fulminis impetum experiri observatum est, quam Quercus: Maximè verò, juxta Plinium l. 16. c. 6. p. m. 273, exposita illius ictibus est ea species, quæ Haliphleos dicta, (cui crassissimus Cortex atque Caudex, & plerumque, cavus fungosusque,) quamvis altitudine non excellat. Ideò nec lignô ejus ad Sacrificia uti olim fas habebatur. Hujus generis fuisse suspicor illam, de qua *Lohmeierus §. 17.* narrat. *Habeo, scribens, à fide dignis Autoribus: furto alicubi ante paucos annos è Sylva à Pistore abductum fuisse Lignum quernum de quercu fulmine tactâ. Id verò Lignum**

Lignum fornaci pistoria injectum conceptô Igne tonare ac fulminare incepisse, nec tantum fornacem disjessisse, sed totam etiam Domum, si rectè memini, incendio dedisse. Ex Animalibus Canes, Felles & Capras, tanquam copiosô Spiritu salinô & sulphureô, qui à Fulminis Spiritu simili facilius attingitur & dissipatur, gaudentes, sæpius fulmine prosteri compertū est. Adde his quoque moram cum Rebus aliis, quæ Sulphure inflammabili abundant: E. gr. cum Fœnô cumque Spiritu Vini. De quibus vide *Ephemer. German. Anno. 8. Dec. 1. Obs. 5., & Ann. 2. Dec. 2. Obs. 175.* Morales verò & Hyperphysicas Syderationis Causas Moralistic Theologisque discutiendas relinquo.

CAPUT IV.

DE

Diagnosi Astrobolismi.

§. I.

Dagnoseos Præcepta ut rectè tradantur, tres potissimum Casus supponendi veniunt. Primus est, cum de Ictu Fulminis constat; non constat autem: nunquid Homo jam reverà ex illô mortuus, an summè Attonitus aut Ecstaticus sit? Secundus est, cum morte certâ existente, dubium est: an quis à Fulminis icu perierit? Tertius est, cum Homine extra Controversiam fulminatô, sed adhuc superstite, in quaestionem venit, quid propriè morbi contraxerit?

§. II. In primô Casu, cognosces Hominem Fulmine percussum penitus exspirasse, ex absentia Functionum Motionumque omnium, Corporisque frigiditate sensim invalescente. Illam verò ut tantò certius perspectam habeas, possis Candelam ardentem levesque plumas, aut Speculum etiam nitidum vel Lanam carptam, Naribus Labiisque; Præcordiis autem, sive Regioni Ventriculi, Poculum Aquæ plenum admove: & nunquid Motus talium aliquis fiat, aut Speculi nitor immutetur, vel non? attentè observare.

§. III.

§. III. In *Secundo* Casu, Mortem certò ex Fulmine, non aliundè, contractam cognosces maximè ex *Adjunctis & Consequentibus*: Inprimis *Odore gravi & Sulphureò, maculisq; nigris aut fuscis*. De iis cum jam satis *Cap. 2. ex Pareo, Fortunato Fideli, Zacchiâ* aliisque dictum fit, denuò hîc dicere non opus est. Cognitionem autem ex his Signis acceptam plurimùm juvare possunt *Circumstantia*, tum *Temporis*, tum *Loci*, similesvè aliâ. E. gr. Si de Tempestate & Fulminibus nuper observatis constet: Si sub *Quercu* fissâ, aut in monte excelsò quis mortuus reperiatur: Si cum *Cane* pariter mortuò inveniatur. &c.

§. IV. In *Tertiò* Casu, cognosces hujus vel illius Affectus præsentiam, ex *Signis* cujusqve *Pathognomonicis*: Quæ vel *Autopsia* suggeret, vel circumstantium aut ipsius ægri *Relatio*. E. g. *Apoplexiam* ex sensûs motûsqve omnis Cessatione, cum *Respiratione* laboriosâ & *Stertore*, *Pulsu* adhuc constante, *Colore Faciei* rubrò & lividò potius, quàm pallidò. *Delirium animi* ex *Pulsu* debili, *Colore Corporis* pallidò & *cadaverosò*, *Extremorum* frigiditate, *Sudore* frigidò, & subitò omnium *Virium* lapsu. *Ambustionem* ex unius vel plurium Membrorum *Tumore* & *Colore* rubrò ac nigricante, *Ardo*re, *Dolore*, *Pustulis*, *Vesicis*, *Escharâ*: Et sic porrò. Omnium enim *Signa* pluribus persequi nec licet, nec lubet; Dissertatione jam ultra propositum meum sub manibus crescente.

C A P U T V,
DE

Prognosi.

§. I.

Morbi hanc tantùm esse, non *Mortis*, *Astrobolismi* Conceptum sustinentis, cum per se liqueat, dicere non opus est. Illa verò uti *tria* potissimum, quæ quævis *Morbum* à *Fulmine* illatum, involvit; Nempe *Præcognitionem*, (quam facile *Prædictio* sequitur) *primò Periculi*, quæ

quâ Vitam vel majoris, vel minoris, vel nullius; *secundò*, *Du-
rationis* longioris aut brevioris; *tertiò*, *Modi terminationis* ad
Salutem vel Mortem: Ita *triplicem* potissimum notitiam sup-
ponit & prærequirit. Nempe *primò* indolis tum communis,
omnium Affectuum à Fulminis Ictu Originem trahentium;
tum peculiaris quorundam. *Secundò* Proprietatum earum, quas
alioqui singuli illorum extra statum Syderationis habent.
Tertiò Conditionis & Rationis tum Affectus in specie, qui
Medico offertur; tum Causarum, nempe internarum & in-
termediarum, in illo Casu obtinentium.

§. II. Quod *primum* concernit, pervagatæ jam apud
Physicos Medicosque notitiæ est, Fulminatos quosvis, quo-
rum fere nulli non attoniti sunt, (si aliter læsi non sunt) pe-
riculo Vitæ non levi expositos; atque *Syderationem* penè om-
nem cum malignitate quadam conjunctam & *mali moris* esse:
Ita, ut ipsius, perinde atque alias *acutorum*, *incerta* sint, quæ
salutem & Mortem, prædictiones: juxta *Aphor. Hippocr. 19. Sect. 2.*
Pariter in confesso est, docetque; *Experientia*, Syderatos, si gra-
viores stupore, Apoplexiâ, Lipothymiâ, similibusque urgen-
tibus Affectibus correpti fuerint, plerumque quicquid vitæ
reliquum habent paulò post perdere; aut si evadere contin-
gat, (quod rarò fit; fit tamen, & juxta *Borellum*, *solus Homo
à Fulmine curatur*) nec subito, nec facile adeò ad priscam ple-
namque sanitatem redire. Atque id ipsum indicatum ivif-
se videtur *Hieronym. Cardanus*, quando *Fulmen omnia, præter
hominem, solò attactu occidere; Hominem verò vix unquam evadere:
Evasisse tamen Job. Mariam Cardanum, & supervixisse rarò mira-
culò*: scripsit *libr. 2. subtil.* Hunc tamen obscurius loquentem
quâ ratione perstringat acutus *Scaliger*, videre est *Exercit. jam
suprà citat.* Is verò tametsi ibidem Fulminatorum non se-
mel servatorum meminerit, quando, *plures insit, superstites
sine miraculò etiam nunc salutamus, Virgines, Maritas, Milites, sa-
crificos, Bubulcos, Campanarum, quæ adversus Fulmina pulsantur,
Ventilatores. Quorum maxima Partis, ad incommoda, quæ obve-
nerant, aut ex ictu, aut ex Afflictatione aut ex Ustione, medicas*

H

Manus

manus jussu nostrò ministri attulere: Sintq̄ve apud *Plutarchum* etiam, *Plinium*, *Alexandrum ab Al*, *Benivenium*, *Majolum*, *Forestum*, *Zacchiam*, *Borellum*, *Gilbertum*, *Charletonem*, *Febrium*, *Er. Francisci*, inq̄ *Ephemer. German. Curios.*, locis antebac cit. ostensisq̄ve à *Kislingio c. 3. §. 2.* & *Treublero l. 4.*, *Exempla icctorum*, qui in vivis permanferunt: Quibus illud *Romuli lactentis*, quod est apud *Ciceronem de Divinat. l. 2. c. 18.*, juxta *Buchnerum in Fabr. p. 1018.*, accenseo: Attamen sua etiamnum *Veritas* constat *Canon* à modò dicto *Treublero* adducto: *Pau- cissimos Fulmine tactos evadere*. Interim *Exempla*, quæ indicavimus, servatorum & sanatorum monere Medicum possunt, de Officiò nemini *Fulminatorum* facilè denegandò.

§. III. In specie de *Capitis Affectibus* urgentibus, quibus *Fulminati* affliguntur, observatū est, quod aut ex insidiis sæpè interimant, aut in stoliditatem quandam satis diuturnam aliquando abeant: Veluti ex *Exemplis cap. 2. §. 17.* allegatis patet. Similiter de *Vulneribus*, *Fracturis*, & *Inflammationibus τὰ ἀσπυ- Ελκτα* innotuit, quod facilè in pejorem statū, *Gangranam* ac (*syderatis* periculosissimum) *Sphacelum* degenerent. Maximè verò hoc compertum de *Ambustionibus* à *Fulmine* tactis; quas idè periculi ferè semper plenas indicant *Scriptores §. 28. c. 2.* allegati. Eà de re dignum inprimis notatu est *Paracelsi Effatum in Chirurg. f. m. 57.* Es ist zu wissen/ daß dieser Brand der allerböseste ist und der schädlichste; denn was vom Firmament kommt/ dasselbig übertrifft alle irrdische Kräfte/ darum in der Heylung groß Noth zu betrachten ist: wiewohl sie gemeiniglich gar tödten/ ein Glied gar abschlecht/ was sie ergreifen/ gar verbrennen/ verzehren / gleich als ein Feuer ein Holz in ein Kohlen macht oder Eschen etc. Quòcum concordant *Testimonia Barbetti in Chirurg. de Ambust. p. m. 227.*, *Ammanni Dissert. de Ambust. c. 1. §. 19.*, *Tobie Vogelii im Curiosen Haut-Diener/ p. 729.* Nam ille, *Ignis*, ait, *Fulminaris vehementer comburit: Et Ambustio, quæ à Fulmine est, plerumq̄ lethalis.* Iste, in *qualitalibus*, inquit, *astralibus* magnum latet periculum, qualis habet *Ignis syde- reus.* Continet enim, ut *Hildanus* loqui amat, *Facultates quasdam*
bitò

Supernaturales, Hominisq; ingenio abditas, quibus Corpus vivens subito exstinguitur. Hic verò ita scribit: gefährlich ist der Brand/ so vom Donnerstrahl entstehet / als welcher kein schlecht Feuer/ sondern einen angezündeten Salpeter Geist in sich hat / der so flüchtig und durchdringend ist / daß kein Körper vor ihm bestehen kan.

§. IV. *Quod Proprietates singulorum Affectuum, qui Astrobolismi Nomen sibi vendicant, attinet; nimis quàm prolixum foret, hęc locò de singulis tradere.* Constituit enim hęc Doctrina magnam Pathologiæ Partem. Quare ex aliis Fontibus hauriendas eas Lectori permitto. Haurientur autem ex iis ferè Pathologorum locis, ubi de *Signis Prognosticis Stuporis, Apoplexia, Catalepseos, Surditatis, Cæcitatibus, Syncope, Dyspnæa, Ambustionis, Fracturarum, cæterorumqve Morborum Cap. 2.* expositotum, vulgò tradunt.

§. V. At verò *Speciem Morbi, Spiritusq; potissimùm & Sanguinis Dispositionem, quæ adest huic aut illi Fulminato, cognoscere, Præcepta Diagnostica docent; quæ Superiore Capite attigisse satis sit.*

§. VI. *Acquisitâ hâc dictarum rerum notitiâ, facilè intelliges, in omni Astrobolismo vacillare Prognosin Tuam, neque adeò certi quippiam concipere aut prædicere sustinebis. Nec tamen omninò abstinebis Prognostico: Sed Animo ad indolem illam omni Syderationi communem, de quâ §. 2. dictum est, simulqve ad Morem Morbi, quem is, qui se Tibi in Fulminato offert, alioquin habet, reflexò, prudenter de futuro ægrotantis fatò conjicies, conjecturasqve tuas cautè, desiderantibus expones.*

§. VII. Sit e gr. aliquis à Fulmine tactus, prostratus, stupefactus, mediocriter quàm unam alteramve partem ambustus, locis adustis simul subfuscis, sed Pustulis adhuc nullis apparentibus: qui verò exhibitis convenientibus quibusdam Medicamentis excitatior factus, instar Puellæ illius, in *Observ. 182. ann. 3. Dec. 1. Ephem. German.* rectè mox loquatur & ratiocinetur, deqve Doloribus Partium ambustarum con-

queratur: De eo judicabis, fore, rebus sic stantibus, & nisi aliud quid intercidat, ut dextro Præsidiorum usu in vivis permaneat non tantum, sed & Spiritibus reſectis, ſanguine redintegrato, proſtigata exulceratoria inflammatione, Fibris Carreis Cutaneisque rursus conſolidatis, ſine inſigni Cicatricum deformitate, priſcam ſanitatē recuperet. Sit è diverſo alius, quā unam pluresve Partes, (nam totum Corpus aut Latus etiam totum comburi à Fulmine rarum eſt) graviorem ambuſtionem, ad Muſculos & Vaſa profundius penetrantem, paſſus, Cutim in locis ambuſtis planè nigram oſtendens, nec, expergefactus licet ex Stupore, de Senſu Doloris quicquam indicans; quin nunquam ſatis animo ſibi conſtans, ſed in Lipothymias ſubinde propendens: Eum ſuperveniente graviffimā Syncope, & in Partibus ambuſtis Sphacelo, ad plures brevi abiturum auguraberis Amicisque intimabis. Non minus ſi Attonitus quispian compareat, ſed quem ex Pulſu, Stertore, aliisque indiſiis verè Apoplecticum deprehendas, poſt longum jam intervallum, continuatō licet variorum Excitatoriorum uſu, nulla aut exigua redeuntis in Præcordia virtutis indiſia exhibens: Eum vix ac ne vix quidem ſuperſtitem fore, ſed brevi Vitam ſuffocatione finiturum præſumes prædicesque. Simile de aliis Caſibus eſto Judicium.

CAPUT VI.

Methodum Materiamque

Medendi explicans.

§. I.

Noſſe quæ cum Ratione agenda ſint, agendorumque, Inſtrumenta idonea & eorum Uſum indicare poſſe: Hæc duo ſunt, in quibus, uti Morborum omnium, ita omnis Aſtroboliſmi Curationis Cardo vertitur. Igitur de agendis primò; de Inſtrumentis deinde tradam, prout licebit per Pagellarum anguſtiam.

§. II.

§. II. Quantum ad *illa*, juxta *Indicationes* præcipuas, præcipua eorundem, (nam minutias persequi nunc non licet,) sic explico. Si consternatus quis à Fulmine conciderit Vitæque superstitis indicia dederit, nihil non pro conservandò animò, & continuandò Spiritûs aut Flammæ (uti *Maurit. Hoffmannus* loqui amat.) Vitalis proventu, five Sanguinis, si mavis, Spirituascentiâ & *κυκλοφορία* juvandâ, moliri fas est. Spirituascencia autem pariter atque motus Massæ Sanguinæ Circularis, cum plurimum ab admirandò Respirationis negotiò dependeat; hujus promovendæ ergò, curandû inprimis est, ut non tantùm Vestimenta Corpus arctius stringentia, sed omnia omninò, tanquàm plerumque tetrò odore infecta, Corpori detrahantur, cumque mundioribus permulentur: Mox idem ex locò, in quò concidit, sublatum, in alium temperatè calidum & lucidum, auramque puriorem habentem, deferatur: ne Aère, (qui plerumque pariter gravi & abominabili odore inquinatus est, & non rarò nebulæ instar conclavia replet, adeò ut aliquando Domesticis sese invicem discernendi potentiam ademerit, juxta *Observat. Ephemer. Germ. pag. 65. Ann. 2. & pag. 344. Ann. 3. Dec. 1.*) Fulmineis Vaporibus scatente ulterius offendatur. Postquam deinde in Lectum convenienter stratum, & gratiori aromaticò Spiritibusque amicò Odore (perindè ut Aër) imbutum, repositus æger fuerit, institutis convenienter extremorum aliarumque partium frictionibus, factisque diversis, sed moderatis, Corporis agitationibus & vellicationibus, influxus Spiritus & Succi Vitalis in Partes sollicitandus, Atque eòpsè fine, adhibitis ad Nares Medicamentis egregiè odoratis & penetrantibus; infusis in Os liquoribus maximè volatilibus & validioribus; aperitis, sed leniter, Oculis, objectisque rebus splendidis & lucidis; excitatis clamoribus, factisque super Vertice inprimis, ubi Sutarum Concurfus est, & in Aures vehementioribus, præsertim proprii Nominis, acclamationibus; Institutis quin etiam, ductu *Rhasis, Marc. Aurel. Severini, Fieni, Waldschmidii, Capis* aut *Nuchæ cauterisationibus*; applicatis, ex *Fracastorii* nutu,

H 3

Rive-

Riveriiq; Rolfincii & aliorum Consensu, ad Suturam coronalem dolorificis, & fornicem simul Cerebri egregiè suspendentibus, sicqve subsidentiam hujus in Apoplecticis remorantibus, influxum verò tum Spirituum animalium ex Cerebro in Nervos, tum Vitalium & Saugvinis ex Corde in Cerebrum juvantibus, Cucurbitulis magnis sive Ventosis; Injeçtò in Intestinum, primò quidem (juxta Cautionem *Hartmanni in Praxi Chymiatica p. 46.*, & *Smuchii in Palaestr. Med. l. 1. p. 69.*) emolliente quòdam & laxante, deindè fortiore & acriore Clystere, aut immissò in anum acutiore Suppositoriò; Sensoria irritanda, Facultates excitandæ, Alvus cienda & stimulanda est. Potissimùm verò, ad subjugandam & propulsandam malignam illam, quæ ab ægro concepta est, auram; & ad compensandum deficientem Vitæ Spiritum, nec non Sangvinem coagulatum resolvendum, stagnantemqve concitandum; probatis iisq; generosis, & in exiguâ quantitate plurimùm pollentibus Alexipharmacis, vulgòq; vocatis Cordialibus & Cephalicis, nervoso generi amicis, (atqve his imprimis, ubi Apoplexiæ, vel alterius, functiones animales vehementer turbantis, Affectus indicia emergunt) intus, extusq; Vertici, Nuchæ, Spinæ, Pulsib⁹, Manuum volis Pedumqve Plantis, adhibitis, & sæpè sæpiusq; repetitis; Quin etiam, si Oris Clausura Musculorūqve Pharyngis resolutio exhibitioni obstant, factâ convenienti illius aperturâ, quodammodo sed providè obtrusis & infusis; urgenda est stuporis exitialis excussio. Nec desistendum à talium usu, redeuntè paulatim animò & Respiratione invalescente: Quin potius ad expugnandum, qui se intimis immerfit medullis, malignum & subinde narcoticum Fulminis spiritum, pariterqve ad infringendum coagulativum Sangvinis acidum, dissolvendum viscidum, Cordisqve & Arteriartm Pulsum instaurandum, in consortium dictorum Præsidiorum asciscenda, quam primum Diaphoretica & Sudorifera potentiora: Atqve si plethoricum Corpus fuerit (secus enim ex Consilio *Nymanni de Apopl. p. 291.*, & *Doct. Beza, quod est in Ephemer. Germ. Ann. 2. Dec. 1. p. 96.*, abstinere à Sangvinis missione, ob Spiritus

reso.

resolutos, satius est) generosum etiam illud, ac *Benivenii & Borelli* felicibus experimentis comprobatum Remedium, Venæ sectio: Quam nunquam ferè non in casu præsentis Apoplexiæ utilissimam, & in Medianâ maximè alterius Brachii Venâ, si nihil obstet, administrandam censent *Nymannus, Rolfincius, Barbettus* aliq̃ Medicorum Principum. Denique pro ratione Affectuum, præterea sese in ægrò fulminatò offerentium, varia alia Remedia circumspèctè in usum trahenda. Nempe aliàs Optica, aliàs Acustica, aliàs Pneumonica, aliquando Stomachica, interdum Hysterica corroborantia, nonnunquam Laxantia, nunc Anodyna, nunc Abstergentia, nunc Consolidantia, nunc alia; juxta Indicationes speciales superius recensitorum Affectuum, passim apud Præcticos explicatas. Quæ quidem speciatim in *Ambustionibus Fulminatorum* eò collimant: Ut inprimis impressa Partibus malignitas, quæ Sphacelum facilè post se trahit, Topicis Alexipharmacis profligetur; ut Ardor & Empyreuma vel solventibus tollatur, vel repellentibus, ut vulgò ajunt, tempestivè, si fieri potest, suffocetur, aut rectius acidum corrosivum obtundentibus compescatur; Dolor congruis lenientibus demulceatur; Affluxus Humorum defensivis, communiter vocatis, arceatur; Pustulæ & vesicæ in tempore aperiantur; Eschara (si quæ adest) non tam emollientibus ad abscessum sollicitetur, quàm præcavendi profundioris Ulceris causâ, reseretur; Sphacelatae Partes aliæ, si adfuerint, separatoriis dictis præfidiis auferantur, & ne vicinas inficiant, sistentibus coerceantur: Deinde maturantibus, hinc abstergentibus, postea sarcoticis, denique Epuloticis & ubi opus est, Cosmeticis, deformitatem cicatricum corrigentibus, negotium perficiatur.

§. III. *Instrumenta agendi ea, quæ hæctenus agenda diximus, plurima quidem in Triplici, ut ajunt, Fonte suppetunt: Mihi verò pagellarum, quod superest, exiguum, pauciorum, recensitionem injungit. Itaque ex Diæticis non nisi Cibos confectu faciles utilisq̃ve succi, sorbitiones nempe, juscula carniæ, Pulviculas spirituosiores & gratiores, nostris Crassimiser dictas;*

dictas; *Vinumq;*, si febris absit & ægroto placeat, aut *Cerevisiam* probè defæcatam, pro Potu, commendo. *Hildanus* quidem *Jusculis* carniū *Borraginem*, *Buglossam*, *Rosmarinum*, *Majoranam* addere svadet: Sed cūm nostro in Orbe ægroti ad ejusmodi decocta ferè nauseent; rectiūs ipsis *Aromatibus*, *Crocò* & *Cinamomò*, nec non *Macere* condientur.

§. IV. Ex *Chirurgicis*, *Pannos asperos* & *Linteamina calefacta*, pro frictionibus; *Cochlearia* varii generis *Spatulasque* *metallicas* & *Oris Specula*, *Germanis Mundschrauben* dicta, ad *Oris clausi* refectionem; *Infundibula*, *Tubulos infusorios*, *Syringas incurvatas*, pro *Medicamentorum* liquidiorum ad *imas Fauces* deductione; *Ventosas* & *Cucurbitulas*, pro *validâ Partium* attractione & *rubefactione*; *Ferramenta apta, ignita*, pro *Cauteriis* excitandis, *Fistulas Vesicasq;* *bubulas aptè compositas*, vel ad *Recentiorum Mentem* concinnata *Instrumenta alia*, pro *Enematum* applicatione; *Plebotomum aut Lancettam*, pro *Venaesectione*; *Acus, Forpices, Forsices* & *scalpella*, pro *Pustularum* aperturâ earumq; & *Escharæ* refectione; *Fila concepta* & *Fascias* similaq; alia, pro *Vulnerum Ulcerumq;* deligatione; *nominâsse* sufficiat.

§. V. Ex *Pharmaceuticò* autem Penu, ad obtinendos præcipuos scopos, qui in *Affectibus* plerisq; *Astrobolismo* subordinatis, juxta *Methodum* §. 2. delineatam *Practicorumq;* celebriorum *Doctrinam*, attendendi sunt, sequentia potissimū adducere visum est. Nimirūm ex *Alexipharmacis* & *Sudoriferis*, quorum plurimus ad conceptum ex *Fulmine Venenum* profigandum usus est, *Lapidem Bezoardicum Orientalem*, *C.C. Philosoph. preparat.*; *Pulverem* & *Aquam* è *Typh. Cerv.*, *Pulverem Bezoard. Senn.*, *Anglicum* è *Chelis* ☿; *Antitoxic. Mant.*, *Antifebril. Timæi*, *Antimon. diaphoret. simpl.* & *ole.*, commodis *Vehiculis*, e.g. *Aqv. Card. Bened.*, *scord.*, *scabios.*, *Acetos.*, ac tantillo *Aqv. cinamom. diluta* & *manibus Christ. perlat.* edulcorata. *Mixturam simpl.*, *Tinctur. Bezoard.*, *Spirit. Cord. Cerv. Rolfinc.*, & *C.C. rectific.*, *Liquor. C.C. Succinat.*, variosq; *Recentiorum Liqvores* & *Spiritus Bezoardicos*, ex *Tartaro, Ixt.*, *C.C. Corn,*

Corn. Alc., Rhinocerot. similibusqve paratos, *Liqu. Diaphoret.*
Mynsicht., Theriac. Andromach., ejusqve *Extractum & Aqv. The-*
riacal., Theriac. Cælest. Quercet., ad Recentiorum, speciatim *Job.*
Helfric. Junckenii mentem, (quam vid. in *Medic. present. Secul.*
accomod. p. 499.) correctam, *Mithridatiū, Electuar. de Ovo.* Quibus
 addo *Panaceam* (quam *D. Job. Jac. Waldschmidius Obs. 232. ann. 3.*
Ephemer. Germ. dec. 1. p. m. 421. vocat) *Solarem Wildengansii,* for-
 mâ *Pilulari* vendi solitam. Cujus genuinam præparandi rati-
 onem non dubito me possidere, exploratâ jam aliquoties Com-
 positi, juxta Descriptionem mihi sub fide silentii communi-
 catam, Medicamenti egregiâ virtute. Nolim tamen Auctor
 esse, ut *Fulminatis* hæc *Panacea* ab initio statim, cum animo
 nondum satis sibi constant, exhibeatur: Quin potius post ali-
 quod intervallum, ad *Sudores* ciendos, inprimis commenda-
 verim.

§. VI. Ex *Laxativis* benignioribus, quibus interdum
 procedente Morbô uti convenit, *Pulpam Passul., Tamarind.,*
Cremorē Tartari Tartaro Vitriolato & tantillo Jalappe conjunctū,
Syrupū Rosar. solut. cum Ambubej., Domestic., de Cichor. c. Rhabarb.
 Quibus adjungo etiam, licet pluribus potioribusqve scopis in-
 fervientem, & universam *Sanguinis Massam* depurare aptam
Essentiam Fumar., ex *Succo & Spiritu proprio* paratam. *Clysteres*
 verò *benigniores & emollientes,* comodè ex *Speciebus Ungvent. Clyf-*
mat. August., cum *Lacte decoctis, Saccharo & Oleo;* *Acriores* ex
decoctis Radic. Bryon., Irid. florent. Pyreth., Colocynthid. in pet. lig.,
Gialis, Rut., Flor. Cent. min., Herbarumq; Cephalicarū. e gr. Salviae,
Origan., Ju. Arbet, Betonic., Flor. Pamyf., Stæchad. Amb. &c. cum
Elect. hier. picr., Oleis Rut., Diacolocynthid., Castor., Lapide Prunell.
 & *de Gemm.* præparari posse censeo. *Secretiores* modos alvum
 solvendi iis, qui à *Medicamentorum* nomine abhorrent, per
Epomphalica, jam olim *Autores* annotârunt.

§. VII. Ex *Cephalicis & Nervinis* alterantibus ac cor-
 roborantibus, quæ *Fulminatis* in ipsô *Stupore, Aphoniâ, Apo-*
plexiâ, Catalepsi, Paralyfi, apprimè conducunt, *Medicinam Uni-*
versalem Venerandi Dn. Parentis mei, CHRISTIANI MULLERI,
 I (quam

(quam ex Sole vivo cū Sale Natura & Spiritu Universi parat, cujusve jamdū mentionem feci in Oratione meā Eucharisticā Tertiā, de Rore Majali,) tanquam in roborando Archæo efficacissimam: Spiritus, Essentias & Aquas generosas, Lil. Convall., Flor. Lavendul., Salv., Majoran., Rosmar., Puleg., Serpill., Caryophyllor., Nuc. Moschat., ab Hollerio l. i. de Morb. intern. mirificè prædicatam; ut & Aquas Compositas, Anhaltinam, Apoplecticam Nymanni, Fromanni, Colreuteri, Ludovici, Epilepticam Langii, & odoratissimam illam Regine Ungarie dictam: Spiritus Cerebri & Cranii Humani, Sal. vol. Oleos. Sylvii, Mixturam Timai ex Theriac. Castor., Sale vol. succin. & Oleis destillatis Cephalicis paratam: Essentiam Castor., Anthus, Succini: Olea & Eleosacchara, item Balsama Rosmarini, Salvia, Ruta; Balsamū Apoplecticum, Species Diambra, Diamosch., Apoplect. Augustan., Specific. Cephal. Michaël. Eleosaccharorū dictorum, vel ipsorum Oleorum, additione auctum: Atq; pro usu externo etiam Aquam Arithriticam August., Antispasticam Dravitzii, & Decocta Plantarū Aromaticarum c. Vino, qualia Kistingius c. 3. §. 12. habet: Item Oleum Philosophor., Lumbricor. Terrestr., Ungvent. Nervin. Augustan.

§. VIII. Ex Ptarmicis & Errhinis, ad suscitandos Stupidos maximè utilibus, tum Spiritus modò dictos Cephalicos generosos, tum imprimis generosissimum Salis & Spiritum, c. Calc. viv. destillatum, simplic. aut Aromat., aut Aromatisis etiam commemoratis, tum liquoribus, tum Oleis, in specie verò Castor. Essentia, utiliter sociabilem; Spiritum item Urinae, fuligin., C. C., similesq; acres Salinos & Volatiles rectificatissimos. Pulveres Sternutatorios ex Nicotian. aliisque notis ingredientibus, cum aut sine Ambra & Moscho, passim hodiè vendibiles. Nasalia pyramidalia ex similibus ferè speciebus, cū Mucilag. Tragacanth. facile parabilia, & oleis stillatitiis Majoran., Menth., vel expresso Semin. Nigell., (quod pro Arcano nonnulli habent) commodè inungenda.

§. IX. Ex Ophthalmicis, in debilitate Visus, aut Cœcitate, (quæ tamen ferè desperata est) convenientibus, Internis quidem; Sal vol. Viperar., Sal vol. Oleos. vel Spir. & c. Feniculatū, Spiritum Essent. & Conserv. Euphras., Trageam D. Mich. ex Radic. Valerian., Sylv., Fol. & Flor. Euphras., Seminibus Siler. Montan., Anis., Foeniculi.

nicul. paratam: Externis pariter Salia volat.; eâ ratione, quam D. Stifferus nuper in Actis Laborator. Helmstad. docuit, adhibita: Si verò Ophthalmia adsit, Collyria ex Aqv. Chelidon. major., Flor. Cyan., Plantag., Rosar. non falsâ, cum Tutia, Floribus Cinci, Saccharo Saturni parata, & conjuncto simul iterato derivantium Vesicatoriorum usu planè conducibilia.

§. X. Ex Acusticis, in Auditûs Difficultate & Surditate locum habentibus, *Aquam Card. bened. ex Cratonis Consilio ter cobatam, in quâ suâsu Recentiorum tantillum Salis Card. ben. solvi potest; Ol. express. Amygd. Amar. stillatitiis quibusdam Cephalicis, uti D. Mich. in Oleo suo Acustico fecit, sociatum; Pinguedinem Anguille, Liquorem ex Viridiori Fraxini Lignô sub Combustione manentem, gossypio exceptum; nec non denuò Spiritus Volatiles Salinos, eò modò, quem Dan. Ludovic. in Dissert. I. de Pharmac. p. m. 311. insinuat, usurpatos.*

§. XI. Ex Pneumonicis, in Asthmate & Dyspnœa Fulguritorum commodè exhibendis, *Aquam Hyssop. & Veronic. c. Vin. destillat., Fœnicul., Scabios., Asthmat. Rudolph., Spiritum hœci anisat., vel Sal volat. oleos. anisat., Balsamum Sulph. anisat., similiaq; Sulphurata. Nam hæc quidem, frustra exhibitis aliis, alioq; sufficientibus, plurimum profuisse in Dyspnœa ex Fulmine testis est D. Sommerus in Observat. 174. Ann. 2. Dec. 2. Ephemer, German.*

§. XII. Ex Cordialibus, in animi Deliquio obtinentibus, Internis *Spiritus & Aquas Spirituosas, Melissa, Flor. Arant., Cinamom., Rub. Idæi, Censfor. nigror. plurimum comendatam à Keslero in 500. Chymischen Processen p. 370., Cordial. calid. Herc. Saxon., Timai, Myrsicht., Elix. Vit. Matthiol., Olea & Eleosachara Cinamom. & Citr., Confect. pretios. Myns., Essent. Ambr., Citr., Tinctur. Corall. c. Spirit. Cord. Cerv., Tinctur. Solis Lynckii, Perlas & Corallia preparata, Syrup. Corall. & Acetosit. Citr., Radices Scorzon. condit., Cort. Citr. condit., Conseruas Flor. Meliss., Tunic., Borræg.; Externis *Aquam Carbuncul., Rosar. Odorifer., Virtutum, Aceta Rosaceum., Lil. Convall., Flor. Tunic., Rub. Idæi.**

§. XIII. Ex Stomachicis, profligandæ Astitias causâ,
I 2 Conser-

Conservam Acetosell., Citr., Rosar. & Violar. Vitriolatam, Elix. Propriet. Paracels., Vin. Rbenan. Eff. Card. bened. aut Cent. min. mediatum, Spiritum Salis & Nitri dulcem.

§. XIV. Ex Hystericis Corroborantibus fœtumq̄ve debilem recreantibus, *Balsamū Embryon., Aqu. Lilior. Convall. compos., Aqu. Epileptic. Lang., Pulver. contra Abort. August., Corall. rubra aliosq̄, Lapidēs pretiosos preparatos: Atq; pro Usu externō, sacculos & fomenta ex Rosis rubr., Fl. Tunic., Mastich., Caryophyll., Nuc. Moscb. &c., Unguentum Comitiss., Emplastr. adstringens & Abortum præcavens Sennerti.*

§. XV. Ex iis, quæ Ambustionibus conferunt, pro Resolutione Empyreumatis, & Malignitatis simul impressæ Eliminatione, *Linimentū ex Succo Capar., Sapon. Venet., Theriacā & Oleo Rosar. ac Amygdal. dulc. paratum, vel etiam Lixivium Calc. viv. c. Spirit. Theriacal. Camphorat., incisis prius Vesicis, tepidè per lintea applicatū; Pro ejusdem Suffocatione & acidi peccantis Correctione Albumen Ovi c. Ol. simpl. vel Rosac. aut Sambucin., additis Bolo, Terra Sigill., Cremore Calcis & Cerussâ mixtum: Idemq̄, & alia Cataplasmata ex Mucilaginibus semin. Cydonior. Malva, Succo Plantag., Vitellis Ovor, Cremore Lactis, Crocō, Oleo Amygdal. dulc. aut Flor. Pappav. errat., (per insolationem parato juxta Job. Prævotium de Select. Remed. p. 77.) vel etiam communi Olivarum, cum floribus copiosis Tritici, ejusdem Autoris svasu insolatō, additis preparatis Saturninis & tantillō Camphora, diversimodè parabilia, pro Doloris mitigatione: Pro Defensione autem Oleum Rosar. & Empl. de Sperm. Ranar. Camphorat. Zwelfer., vel etiam Epithema ex Aqu. Flor. omnium, Sambuc., Rosar. cum Spiritu Theriacal. camphorat.: Pro reliquis verò Scopis, Linimentum Fabricii de Paduanis, quod Rec. Calc. lota Drach. ij, Ol. Hyperic. q. s., Unguentum, ad omnes Combustiones præstantissimū Fabric. Hildan., c. 7. de Combust., nec non Unguentum & pulverem Sarcoticum ab eodem Autore c. 16. speciatim pro Combustionibus Fulminatorum proposita; quæve alia in Ephemer. German. l. c. & apud Kielingium celebrantur: Quibus adde, quæ Barthol. Montagnana contra Adustiones Ignis exhibet in Antidotar. c. 1. p. m. 1316. Sigillatim ex Euporifis*

stis Consolidantibus, Album gracum, sive stercus caninum, quod album est, quippe quò solò cum Aceto generoso expressò desperatum Ulcus felicissimè consolidatum observavit *Forestus l. 7. obs. 4.* Ex rarioribus verò Balsamum Sulphuris cum ol. express. Semin. hyperic. paratum, de quo habet *Ettmüller. Idea prescrib. Formul. p. 2.* Ex Cosmeticis autem Cicatricem delentibus, Oleum Ovor. instar Nivis albificatum, vel cum Myrrhâ ad solutionem hujus coctum & camphoratum, juxta *Pravotium de select. Remed.*

§. XVI. Ex illis, quæ Inflammationibus resistunt & Sphacelum imminentem arcent, Epithema Polychrestum *Ettmülleri l. c. class. 3. p. m. 42.* ex *Aqv. Calc. viv. lib. j. ß., Spir. Theriacal. Camphor. Unc. iij. Sacchar. Saturni Unc. j. & dulc. Unc. ß.*; quæ verò præsentem eundem coërcent, Butyrum Antimonii, extremitatibus loci Sphacelati carnes sanas contingentibus illinendum: Quæ Partes corruptas à sanis separant, Unguentum *Egyptiac. compositum.*

§. XVII. Ex Poroticis, Ossium Fracturis dicatis, unicum *Fabric. Hildani Cataplasma* in Principio, deindè *Catagmaticum Zuyelferi*, quæque huic similia sunt.

§. XVIII. Ex his, quæ Pylorum deperditorum jacturam restituant, Liqueorem ex Carne Limacû, Vespiis, Apibus, & Sanguisugis, Sale adusto conspersis, collectum; Cineres Arundinis, Capillorû Humanorum, Capræ & Ursi, cum Ol. Spica in Linimentû redactos: Oleû verò Tart. per deliqu. c. Ol. Amygd. dulc. temperatû ex Cosmeticis, ad macularum Striarumq; extinctionem facientibus: Atq; ex Remediis Excoriationi Cuticulæ proficuis, Flores Cinci albissimos cum Cerussa & Sacchar. Saturni.

§. XIX. Ex Antipforicis, Lepræ, si fortè contracta est, Græcorum abigendæ conferentibus, Pulpam Radic. Oxylapath. per setaceum trajectam & cum Sulphure, Lapide Prunelle, pulver. rad. Enule, Pomphol., Cerussâ ac & dulci, ope Cremoris Lactis recentis in Unguentum redactam, atq; Oleis etiam Aromaticis, imprimis, Oleo Cinamomi, (quod *Ammannus* etiam in Ambustionibus à Fulmine factis, tam internè, quàm externè, à Sophiâtris notanter commendari perhibet) conditam.

§. XX. Denique ex Fragrantibus Suffumigia atq; E-

vaporationes gratas, pro corrigendâ Dysofmiâ, præbere aptis, præter suprâ laudatas Aromaticas Aqvas, *Mastichen, Myrrham, Succinum, Thus, Ladanum, Flores Lavendul., Baccas Juniperi, Semin. & Radic. Angelic., Fol. Lauri.*

§. XXI. Quæ omnia verò quâ ratione per Formulas præscribenda & in usum poscenda sint, Lectoris eruditi iudicio permitto.

C A P U T VII.

DE

Prophylaxi.

§. I.

Amplissimus hîc scribendi Campus sese aperit, quem verò ingredi & decurrere nec vacat, nec animus est. Paucis me expediam. Præservari Hominem posse à Fulminis ictu, aptatis sibi aut gestatis, aut positis juxta se Rebus quibusdam, quæ à Contactu ejusdem immunes sunt, creditum non à Vulgò tantùm, sed & à Doctis traditum est. Immunitas hæc, *veluti Nature Beneficium*, tributa tum *Vegetabilibus* quibusdam, tum *Animalibus* eorumque Partibus, tum *Lapidibus*. Ex illò genere sunt *Corallium, Gorgonia Plinio l. 37. c. 10.,* quod in durtiem Lapidis mutetur, dictum, *Aliorum Capitula, Hypericum, Laurus, Ficus, Vitis alba, Sedum seu Sempervivum majus, Pæoniae Radix.* Ex istò sunt *Rubeta, Vituli marini eorumque coria, Hippopotami & Crocodili eorumque Tergora, Hyena & Leones eorumque Pelles, Aquile earumque Pennæ.* Ex hoc sunt *Ceraunia, sive Ceraunii Lapidés* (quò nomine tum ipsum fulminarem Lapidem, alias *Telum Jovis & Cuneus Fulmineus*, Germanis *Donnerkeil* oder *Donnerstein* dictum; tum *Brontiam & Ombriam, Bufonites* alioqui & *Chelonites*, Germanis ein groß Krötenstein & *Wetterstein* appellatum; tum *Belennitem*, quem *Schwenckfeldius de Fossilibus Silesia p. 369. Dactylum Idaum Plinii & Lapidem Lyncis Officinarum* vocat; indigitant) *Malachites*, (qui juxta *Wormium in Museo p. 95. species est Jaspidis vel Prassii*) & *Hiacynthus.*

§. III.

§. II. Eadem immunitas, veluti Beneficium Artis, Naturam perficientis, tributum est Periaptis quibusdam sive Amuletis; Quale Marlianum Mathematicum ex Aurô sub certâ constellatione parâsse, *Marsilius Ficinus*, & ex eo *Etzlerus Isagog. Physic. Magico-Med. c. 4. p. 101.* commemorat.

§. III. Quin etiam parilis Immunitas, tanquam Beneficium singulare & *Facultas Hyperphysica*, precibus Sacerdotum à divino Numine impetrata, habita & tributa est à Pontificiis, variarum *Arborum frondibus, herbisq; ac Candelis, Dominicâ*, quam dicunt, *Palmarum consecratis*; ut & *Agua Lustrali & Sali exorcisato*. Atque hi ipsi etiam simile Beneficium *Reliquiis Sanctorum & Evangelio Sancti Johannis*, simpliciores quoque *Ovo gallinaceo in Festo Ascensionis excluso*, sponte à DEO datum crediderunt.

§. IV. De quibus omnibus quisquis cognoscere cupis, quosnam immunitatis suæ testes habeant? pariterque, quid de iis visum sit prudentioribus quibusdam? possis consulere, præter toties citatos *Plinium, Mizaldum, Magirum, Schottum, Vossium, Bechmannum, Hundeshagium, Erasimum Francisci, Kislingium, etiam Wormium in Museo p. 79., 76., 77., & imprimis inspicere scrutinium Amuletorum novum D. Jac. Wolffii C. 2. sect. 2. inde à p. 178. ad p. 185., ac conferre, melioris judicii ergo, Christiani Caleni Junior. Meditat. de Amulet. sive Appensis edit. Stettin. 1605.* Mihi, citra cujusquam injuriam, nonnisi unum *Hieron. Bockii sive Tragi locum, ex Herbar. German. fol. 348. ad scribere placet*; qui sic habet: *Tiberius der Fürst hat das Wetter übel gefürchtet/ wenn es anheng zu Donnern/ alsdenn setze man ihm einen Lorbeer-Kranz auff/ denn der Lorbeer-Baum hat diß geruff/ Das kein Wetter darein schlächt etc. Es hat aber unser Priesterschafft ein bessers erfunden für das Wetter/ nemlich so sie auff den Palmtag pflegen allerhand grüner zweige von Buxbaum/ Stechen-Laub und dergleichen zu segnen/ und werden sich vor dem Wetter besorgt/ der mag solcher geweihten Palm-Stängel anlegen; so dieselbige brennen/ kan das Wetter/ (wie sie lehren) in dasselbige Orth nicht schlagen. Ein Schrift*

Schrift stünde wohl dabey: man muß aber also die Leuthe verwirren.

§. V. Ego autem liberum cuique suum de quibusvis hisce iudicium relinquens, atque interim doctorum Virorum Epicrises suspiciens, nulli horum Prophylacticorum magno opere fidendum censeo. Nec magis *Somno*: Utut post *Plutarchum*, *Mizaldum* aliosque, nostris etiam temporibus *Job. Marc. Marci l. supra c.* dormientes à Fulmine magis securos esse quam vigilantes, ex eâ ratione tradiderit: quod in dormientibus sit carentia Metûs & Consternationis, quæ cum imaginatione forti Fulmen, velut Magnes Ferrum, ad se trahat. Observatum enim sæpius, dormientes à Fulmine fuisse tactos & necatos, cû Oculorum apertione; æquè ac illi, qui in somno Catalepsi corripuntur; ob Palpebrarum Convulsionem: Nec rationem *Marci* satis Philosophicam esse; Cùm non appareat, quâ ratione Consternatio Fulmen attrahere possit: ostendit *D. Vaterus loc. supra cit. quest. 6.*

§. VI. Plus autem, quâ Præservationem à Fulmine, tribuo *Fugæ*: Non tam in *Angliam*, (quæ libera à Fulminibus falso creditur; indice etiam *Kislingio c. 5. §. 5.*) quam *Causarum occasionalium C. 3. §. ult.* commemoratarum. Aliquid etiam *Descensui in Cellas profundiores & Cryptas subterraneas*; probato jam olim à *Plinio*, pariterque à *Meurerol. c. p. m. 144.* & *Lobmeiero l. 2. §. 10.* Quamquam Fulmen altiùs quinque pedibus in Terram non adigi, ceu *Plinio* placuit *l. 2. c. 55.*, minimè teneam.

§. VII. Nec verò *Tormentorum Bellicorum explosionem*, *Campanarumque majorum pulsationem*, quibus ventilari Aërem, atque adeò Nubes fulminatrices dissipari quodammodo posse, laudato *Lobmeiero*, *Sperlingio*, *Backio*, *Vatero*, aliisque visum est, improbare sustineo: Dummodò superstitione Pontificia, Campanis ex aliò, nempe Baptismi, (quem iis conferunt) Principiò, vim quandam assignans, absit. Quam non immeritò in *Helmontiò*, satis hanc prodente in *Tract. Meteor. Anomal.*, culpat *Kirchmeierus l. c. Dub. 3. §. 3.*

§. VIII. Plurimum verò Præsidiî contra Fulmina pono

no

no in Vita Integritate, Conscientia Puritate, & Supplici Invocatione SS. Nominis Divini, Domini Illius Dominorum & Deorum omnium; Qui ex suo arbitrio omnia in Caelo, Terrâ, Mari cunctisque Abyssis agens, etiam Nubes ex Finibus Terræ prodire jubet, & Fulgura Imbribus miscet; juxta Psalmistam sacrum, Psalm. 135. v. 6, 7. & Jerem. c. 10. v. 13.

§. IX. Huic TER-OPTIMO TER-MAXIMO NUMINI Gratias etiam nunc agens perennes, pro ineffabili hactenus in Cursu Studiorum meorum suppeditatâ Gratiâ; supplici Corde pariter ac Ore Idem veneror: Ut porro per reliquum Vitæ Tempus, Ipsius Gloriæ Ægrorumq; Saluti & Commodis destinatum, Studia Conatusqve meos benignissimò Nutu secundet; quò illum, quem propositum habent, consequantur FINEM!



EPISAGMATA.

I.

Ridendum, nescio, an damnandum sit? quod Johannes Staricius im Heldenschätze p. m. 32. & 33., post Coralliorum & Hypericonis pro arcendâ ab Agris tempestate adversâ commendationem, his verbis scripsit: Etliche machen ein Kreuz auf einen Teller/ und schreiben darein $\frac{A|G}{L|A}$ / stecken ein Messer in das Kreuz gegen den Wind mit der Schârffe / so weichen die Wetter auch. In Mähren haben es etliche Herren auff ihren Häusern stehen. Die Schiffleute brauchens in contrari Winden eben also. Etliche machen zwey Herzen neben einander auf die Erden / doch daß kein Buchstabe das Herz berühre / so geschicht es eben also. Vereor ne subsit aliquid Magiæ Diabolicæ; siquidem effectus, quem ille indicat, verus sit. Wolffius loc. in Disp. cit. Judæorum prudentiam vel impietatem sapere hoc Prophylacticum innuit.

II. Præ-



II.

Præstantissimum Specificum contra Icterum ex *Cerauniâ* fieri,
quod docet §. 19. *Diss. de Cerauniâ Lips. Annô 1661. editæ Dn.*
Job. Bobnius probabilius est, quàm eum Lapidem à Fulmi-
ne præservare.

NOBIL. atque CLARISSIMO.

DN. ACHATIO MÜLLERO

Auditori hætenus, Convictori & Domestico
nec non Agnato suo æstumatissimo,

QVos Tibi promittit Tuus ASTROBOLISMUS, Ho-
nores

Gratulor, & plausus candidus addo meos.

Astra Tibi faveant, simul opto, Polique, Solique!

Gentis ut esse Tuæ Flamma corusca queas.

Affectum testaturus fest. f.

PRÆSES.

FULMINA cur scribis? quia Mens ad sidera tendit;
Fulmina non tangant, quod Tua Musa ferit.

Quæ Doctrina Tibi Lauro nunc tempora cinxit,
Ictibus Astrorum libera semper erunt.

Sidere percussos tutissimus erigis arte.


Opponis Medicus Fulmina Fulminibus,

Laus Tua corruscet lateqve feratur in orbem;


Tota ut corruscânt æthera Fulguribus.

Paucis hisce Nobilissimo Domino Autori
Amico suo validissime dilecto ap-
plaudere voluit ex animo

Carolus Christianus Kirchmajerus,
Witebergâ Saxo.







ULB Halle
003 060 381


3




Sb.

1077







Farbkarte #13

B.I.G.

V. 1690, 22
ca Inauguralis

OLISMO,

N S U
ultatis Medicæ

orali Viadrina,
DE

JO V E H R,

e Professore Primario
co Electorali Brandenb:
e Seniore Gravissimo,
pectabili,

*spite Suo, Omni Honoris
num devenerando,*

NTIA,
DICA HONORES,
A DOCTORALIA
tinendi,

ruditorum Examine

S, Stendal. Palæo-M.

. Ann M DC XC.

udebat Joh. Cœpfelius, Ac.T.